¶ Libidinẽ procreandi: nã oẽ aĩal appetit duce natura creare sibi simile in spẽ. Aristo. sic ait. Hõ natura cõiugabilis est magis q̃ ciuilis quãto prius & necessariũ magis est domus q̃ ciuitas & ꝓcreatio cõmunior aĩalibus atq; cæteroꝝ qde aĩalium hic qdem est terminus hoĩes aũt coniunguntẽ nõ solũ ꝓcreationis grã: sed eoꝝ etiã quæ ad ipsam cõferunt uitã: officio nãq; sunt diuisa. ¶ Cõiugio: matrimonio: qm̃ duciẽ uxor ut filii ꝓcreenẽ: aliter ciuitas durare nõ posset. Cõiugiũ diciẽ cõiunctio uiri & uxoris. ¶ Proxima: sequẽs cõiunctio. ¶ Oĩa coĩa: ut oĩa iter ipsos indiuisa sint. ¶ Id aũt uir: uxor: filii: dom⁹: oĩa coĩa sunt fundamẽtũ ciuitatis & reipu. qm̃ ciuitas ut finit Aristoteles: est multitudo domoꝝ agro & pecuniis pro dignitate abundãs ad bene uiuẽdũ. Vnde domus cũ sit pars ciuitatis: est quasi seminariũ reip. & cõstitui debet ab unoquoq; ut fiat urbs. Ci. in orõne ꝓ Sestio tribuno plenis uulnerato a Clodianis ait. Qui igiẽ primi uirtute cõsilio p̃stanti extiterũt: hi ꝓspecto genere humanæ docilitatis atq; igenii dissipatos unũ in locũ cõgregauerũt eosq; ex feritate illa ad iustitiã atq; mãsuetudinẽ trãstulerũt: tũ res cõem utilitatẽ quas publicas appellamus: tũ cõuenticula hoĩum quæ postea ciuitates noiarũt: tũ domicilia cõiuncta quas urbes dicimus: inuento & diuino & humano iure mœnibus sæpserũt. Ciuitas igiẽ cõgregatio ciuiũ est: & urbs domoꝝ multiplicatio: & q̃si seminariũ diciẽ ex quo oĩa nascunẽ maiore numero: & q̃si seminariũ dixit: qm̃ nõ ꝓprie dr̃ in hac re seminariũ: de quo cõstituẽdo Columel. & Ply. li. xvii. Ex seminario trãsferunẽ plãtæ in aliã terrã: nã semẽ effodiẽ in seminario: & plãtulæ illic enatæ trãsferunẽ & multiplicanẽ ad usum humanũ: sic ex sobole multiplicata cõstituiẽ ciuitas & respu. quæ ut finit Scipio apud Ci. li. iii. de rep. est res populi: populũ aũt nõ oẽm cœtũ multitudinis: sed cœtũ iuris cõsensu & utilitatis cõione sociatũ esse determinat. ¶ Cõiugiũ igiẽ & ꝓpagatio sobolis est q̃si seminariũ reip. qa hoc modo fit. Vnde hõ uere politicus uxorẽ ducere debet: & filios ꝓcreare: ut sint auxilio reip. & post mortẽ relinquat qui suo loco patriã. Vñ illi qui cõsciscũt sibi mortẽ: iniuriã reip. faciũt. & uituperãdi sunt: forte eni per ipsos posset aliqñ p̃ria recuperare libertatẽ: si esset amissa: ut de Catone dici põt: qui se uticæ interemit cũ detrimẽto p̃riæ suæ: quã ruẽtẽ cernebat li. iii. de finib⁹ ait. Cũ aũt ad tuẽdos cõseruãdosq; hoĩes hoiem natũ esse uideamus: cõsentaneũ est huic naturæ: ut sapiẽs uelit gerere & administrare rẽpu. atq; ut e natura uiuat uxorẽ adiũgere: uelleq; ex ea liberos ꝓcreare: nec amores qdẽ sanctos a sapiẽte alienos esse arbitranẽ. Nã si oẽs cælibẽ uitã agerẽt respu. deficeret: qd' timẽs Romulus urbis cõditor: uir certe prudẽtissim⁹ rapuit uirgines: cũ a finitimis cõiugiis denegarenẽ: ne primordia tãte urbis auspicato conditæ deficerẽt hoium quos tũc hẽbat ætate cõsumpta. Vir igiẽ bonus & p̃riæ studiosus filios ꝓcreare: & bonis morib⁹ istituere debet ut digni p̃ria adolescãt: & illi possint adeẽ: si aliqñ aliq̃ calamitate laborauerit. ¶ Sequunẽ: ex una domo. s. ita cõstituta & sic declarat quõ cõiugiũ est q̃si seminariũ. ¶ Fratrũ: frater inqt Nigidius est q̃si fere alter. Soror inqt labeo dicta est. qd' q̃si seorsum nasciẽ: separaturq; ab eo domo in qua nata est: & in aliã familiã trãsgrediẽ. Aristoteles in. viii. ethices sic ait. Graui⁹ ẽ sodali q̃ ciui pecuniã auferre: & fratri q̃ alienigenæ opẽ nõ ferre: & patrẽ quẽuis aliũ pulsare: crescit aũt & iustũ cũ amicitia simul qppe in eisdẽ & equæ sese extẽdũt cũ sanguinea amicitia multiplex est: pẽdet aũt oĩs ex paterna. Parẽtes eni diligũt natos: ut aliqd sui nati uero parẽtes ut aliqd ex illis. Consobrini dicunẽ nati ex duabus sororibus. Sobrini dicunẽ filii cõsobrinoꝝ: cõsobrini dicti sunt quasi cõsororini. Patrueles dicunẽ nati ex duobus fratrib⁹. Qui ex fratre & sorore ꝓgeneranẽ: amitini dicunẽ. Capi. cõtineri. ¶ Quasi in colonias: qm̃ ut urbs multitudinẽ capere non posset: noua deducebaẽ colonia. Affinitates ꝓpinq uxoris & affinitates concilianẽ coniugio. Ideo dicit: ex qbus affinitatibus plures propinqui. ¶ Quæ ꝓpagatio: dilatio filioꝝ filiarũq;. Loquiẽ per trãslationẽ: nã propago diciẽ in arboribus & uitibus: cũ. s. fiũt propagines: & ex una duæ tres quatuorue uites & arbustulæ sobolescunt & pululant. Et soboles filii filiæue ut sunt arbusculæ quæ propagatiõe oriunẽ. Origo principiũ & seminariũ. ¶ Sanguinis cõiunctio: ipsi consanguinei sunt inter se deuincti beniuolẽtia & charitate. Charitas est intimus amor. Charitas etiã dr̃ penuria annonæ. Vñ dicit Plynius in epistolis accessit agris meis charitas: Amor est amicitiæ notus: ut ait Chrisippus in libro de amore. ¶ Magnum est eni: rõ quare sanguinis cõiũctio deuincit charitate hoĩes. ¶ Monimẽta statuas titulus: & cætera stẽmata. ut familiæ illæ nobilissime priscoꝝ romanoꝝ: quæ maioꝝ suoꝝ titulis gaudebãt: ¶ Monimẽta dicuntur statuæ libri tituli: sepulchra: cæteraq; quæ nos alicui⁹ rei p̃teritæ moneãt: cũ apd Romanos aliqs de familia efferebaẽ in pompa funeris: oẽs maiorũ imagines p̃ferebanẽ: quas in armariis asseruabãt: & statuæ in atriis

Aristo.
Cõiugium
Ciuitas
Vrbs
Columella
Plyni.
Frater
Soror
Aristo.
Consobrini
Sobrini
Patrueles
amitini
Plynius
Monimẽtum

locatæ erant:ut iuuenes maiorum suorum uirtutem ante oculos semper haberent: a qua degenerare turpissimũ est. ¶ Eisdẽ sacris:nam ciues habebãt quędã sacra peculiaria:ut fabiorum familia claudiorum: emiliorum: corneliorum & sic de similibus:ad quæ uocabant nisi gentiles. Vnde Fabius maximus cum esset dictator:& pugnaret contra Hannibalem.demisso exercitu Minutio magistro æquitum:romam rediit sacrorum causa: quæ fabiorum peculiaria erant. Et cum capitolium obsideretur a gallis:unus ex Fabiis egressus est sacrorum causa.
Martianus ¶ Sepulchra:coia dicuntur in quæ plures possunt inferre mortuos suos. In cõe aũt sepulchrũ inqt Martianus

eisdẽ uti sacris:sepulchra hẽre coia. Sed oiũ societatũ nulla pstãtior ẽ:nulla firmior:q̃ cũ uiri boni moribus siles sũt familiaritate cõiũcti. Illud eni honestũ qd' sæpe dixim⁹ etiã si in alio cernim⁹:tñ nos mouet atq; illi in quo id iesse uidet' amicos facit. Et q̃q̃ ois uirt⁹ nos ad se alliciat: faciatq; ut eos diligam⁹ i qb⁹ ipsa iesse uideat':tñ iustitia & liberalitas id maxie efficit. Nihil aũt est amabili⁹ nec copulati⁹ q̃ moꝝ siliudo bonoꝝ. In qbus eni eadẽ studia sunt eædẽ uolũtates:in his fit:ut æq̃ qsq; altero delectet' ac se ipso. Efficiturq; id qd' Pythagoras uult in amicitia:ut unus fiat ex plurib⁹. Magna etiã illa coitas est quæ conficit' ex bñficiis ultro & citro datis acceptisq;. Quæ mutua & grata dũ sũt iter quos ea sũt: firma

li.i.digesto. in quod etiã inuitis cæteris licet
mortuum inferre:sed in alienum concedente
domino licet inferre:& li.ix. Gaius ait. Monumentum est quod memoriæ seruandæ gratia
existat. Familiaria sepulchra dicunt':quæ quis
sibi familiæq; suæ constituit. Hæreditaria aũt
quæ quis sibi hæredibusq; suis constituit: uel
quæ paterfamilias iure hæreditario acqsiuit.
Vlpia. Sepulchrum est inquit Vlpianus ubi corpus
mortui ossaue hois condita sunt. ¶ Sed oium
societatuꝫ:hic est alius gradus societatis: quã
dicit esse cæteris præstantiorem. ¶ Nulla ex
oibus societatibus. ¶ Præstantior: excellentior:qm̃ quæ super honesto fundat' & uirtute:
& non super turpe aut utile: & ideo cæteris.
¶ Firmior.i.stabilior:qm̃ amicitia quæ est pp
aliquã uoluptatẽ:aut utilitatẽ non est firma:
sed remota causa remouet' effectus. Illa soluꝫ
Aristo. durat:quam uirtus conciliat. Philosophus sic
ait. Bonorum amicitia similiũq; uirtute perfecta est amicitia:& ideo rata qm̃ pauci tales sunt permanet horũ amicitia q̃diu sunt boni: at uirtus res permanens est. ¶ Familiaritate:amicitiæ cõsuetudine. ¶ Illud enim:probatio est. ¶ Honestũ:ipsa uirtus & qcquid ab ipsa proficiscit':honestũ dicunt esse stoici id quod possessores sui nobiles facit. ¶ In alio: alieno homine nec nobis familiaritate coniuncto. ¶ Tamẽ:quãuis in alio cernamus nos mouet allicitq;:ut eum diligamus in quo id honestũ esse uidetur. In Lelio ait. Nihil est enim amabilius uirtute nihil quod magis alliciat ad diligendũ quip
Plutarchus pe cũ propter uirtutẽ probitatem eos etiam quos nunq̃ uidimus quodãmodo diligamus. Plutarchus scribit in uita periculis. Virtus eiusmodi est ut statim rebus gestis ita afficiat homines ut non modo admirantur opera uerum in auctores quoq; summo studio ac desiderio incendantur. Honestas enim ad se allicit atq; ad agendum statim impellit:nec imitatione ipsa spectatore probum sed ipso opere conspecto efficitur:ut anteponenda cæteris iudicetur. ¶ Et q̃q̃ omnis uirtus:ponit eas uirtutes quæ:maxime alliciunt homines:quoniam iustitia & liberalitas sunt ad alios:ergo is qui iustitiam distributiuam exercet & liberalitatẽ amat':quia dat unicuiq; qd' suũ est:& sibi pauciora relinquit:ut lex liberalitatis dictat:qua nihil est naturæ humanæ accommodatius. ¶ Nihil autem est amabilius: redit ad id quod dixit de moribus:cum.s.boni uiri cõiungunt' familiaritate. ¶ Nihil ama
Phus bilius:nihil quod magis amorem contineat. Philosophus dicit. Non omne quod ius est amabile sed bonum.
¶ Eadem studia:quãdo una & eadẽ re delectamur:& idem est uelle nolleq;:studium est uehemens uolũtas. ¶ Ve
Pytha. æq;:tam & ita. ¶ Ac q̃ & sicut:ut tam delectetur altero q̃ seipso. Id quod Pythagoras:appellatus est Pythagoras q; uera non minus pytio loqueretur:qui conciliandæ amicitiæ in primis studiosus fuit & ut dictũ est uolebat discipulos suos omnia habere cõmunia. dicebatq; nõ debere quenq̃ trasgredi modum aut in cibis aut in laboribus. Venerem omni tpe grauem dicebat:& ad bonam ualitudinẽ minime idoneam. Interrogatus qñ esset cõcumbendum. respõdit tum te ipso infirmior uolueris in amicitia quæ ab honestate proficiscitur. Vt unus fiat
Aristo. ex pluribus. Interrogatus Aristoteles quid esset amicus respondit una anima in duobus corporibus habitans. Amicitiæ dixit esse æquitatẽ beniuolentiæ. Theodorus autem philosophus amicitiam e medio tollebat q; ea neq; insipientibus adsit neq; sapientibus:in illis enim sublato usu amicitiã quoq; dicebat euanescere:sapientes uero cũ sibiipsis sufficiant amicis nõ indigere. ¶ Magna etiam:hic est alius gradus. Vltro citroq; datis:ultro & citro dicitur in dictis & in factis:cum aliquem alloquimur:tunc uerba ultro quasi ultra eunt cum loquentes audimus:tunc uerba citro quasi citra ueniunt. Et sic in dandis accipiendisq; muneribus:nam cũ damus tunc ultra eunt dona. cum accipimus tunc ueniunt citro. ¶ Quæ beneficia dum uicissim dantur: quoniam qui semper accipere uult non est amicus: multum ergo debemus illis qui beneficio nos demerentur: & aio amico accipiunt qua dantur ut nobis:& ipsi debere possint:& de ipsis benemeriti simus:& cum quisq; conatur ut ei cui debeamus plurimum semper debeamus optimæ communitas uitæ & uera amicitia conseruabitur. Vnde dicit Se-
Seneca neca. Pessime beneficia dant qcunq; ingratos eligunt in quos periura conferant. Et alibi dicit:qui noua accipere nõ uult acceptis offendit':& qui festinat utiq; reddere:nõ hẽt animũ ingrati hois:sed debitoris. ¶ Et grata:dixit qm̃ si damus alicui qui nõ grato aio accipit operã perdimus: & qui tali aio accipit qd' cũ uirtute & honeste datur ingratus est. Magis esset ai ingenui aperte recusare:quod nonnulli fecerunt aliqñ faciũtq;: si qui boni pñt inueniri ut dr̃ de phocione atheniẽsi legit'. Nã Antipater dicebat auctore Plutarcho in uita Phocionis:duo

athenis sibi esse amicos phocionẽ. Demadẽq;: quoꝝ alteri .i. phocio nunq̃ potuisset ꝑsuadere ut caperet. Alteꝝ .i. Demadẽ nunq̃ potuisset dando expellere. Sene. dicit. Maledictũ incipit esse: nõ munus in quo uirus accipientis cognoscit: Et alibi. Nõ ingratũ: sed iniustũ est supbe datũ. Et alibi. Bñficiis humana uita cõstat & cõcordia: nec errore: sed mutuo amore in fructũ auxiliũq; cõe constringit. ¶ Deuinciunt: tandẽ colligãtur stabili amicitia. ¶ Sed cũ oĩa: hic est alius gradus cæteris carior: gratiorq;. qm̃ sanctissimũ nomẽ patriæ oĩa supradicta complectit. ¶ Lustraueris: circũspexeris: & cõtẽplat⁹ fueris. ¶ Ratiõe: itellectu: rõ est pars animi. ¶ Aĩo: cõtẽplatione: & tota mente. ¶ Chari sunt: ꝓbat q̃re nulla est carior: & sic per gradus amplificat hanc cũ patria cõiunctionẽ: magna charitas debet parẽtibus prima filiis: & sic de reliqs successiue: cũ uero patriã amamus oĩa cõplectamur: ergo maxia charitas patriæ debet. ¶ Omniũ: scilicet quos amamus: nã qui amat patriã: etiã alios amat: sed nõ ecõtra. ¶ Pro qua qs bonus li. iii. de finib⁹ ait. ¶ Ex quo fit: ut laudãdus sit is: qui mortem appetat pro repub. qui docet chariorẽ esse patriam nobis q̃ nosmetipsos. ¶ Oppetere: frequentius significat mori non fatali: sed illata morte: & ponit cũ accusatiuo: ut in hoc loco: & absolute: ut apud Virgiliũ. Contigit oppetere. ¶ Si ei sit profutur⁹: utilitatẽ allaturus: aliter discedet ab officio: unde oportet uti prudentia: & cũ patriæ conducit mors fugienda nõ est: sed appetenda pro salute patriæ: ut de Deciis legit qui ꝓ se romanis legionibus deuouerũt: de Codro & similib⁹. Ericthei & Curtii mors laudatur: cæterorũq;: qui pro patria forti aĩo ceciderunt. ¶ Quo: ꝓpter quod inqt hi qui & lacerarunt: & lacerãt patriã sceleratissimi habendi sunt: & sic Cicero patriæ studiosus inuehit in Syllã Catilinã: & Cæsarẽ: atq; Octauiũ: qui iã ad Tyrãni aspirabat: cũ hæc Cicero scriberet. ¶ Detestabilior: execrabilior: & magis uitupanda: & digna odio maiore. ¶ Immanitas: feritas: & ipietas: erga patriã. ¶ Funditus: ab imo. ¶ Occupati sũt: idest ad unũ agũt: & moliunt. ¶ Et sunt: nũc tpe Octauii Antonii & Lepidi: qui tres oĩa ad libidinẽ faciebant: & triumuiri dicebant: postea Octauius sublato. M. Antonio: & Lepido Circeis relegato rex potius est: ut prius fecerat Cæsar sublato Põpeo. ¶ Et fuerũt: tpe. s. Syllæ Marii Catilinæ & Cæsaris. ¶ Sed si cõtẽtio: posuit Cicero hactenus ois gradus cõiunctiõis & necessitudinis: ut liqdo cognosceret: qui qbus cõiũctiores sint. Nũc inqt: si uolumus facere cõparationẽ & cognoscere qbus plurimũ debeat: & si cõtentio erit: qui sit primus: & cæteris ꝑponẽdus humanæ societatis gradus debemus primũ locũ dare patriæ: inde aliis: quos ipse per ordinẽ ponit. ¶ Si cõtentio: si in cõtẽtionẽ per cõparationẽ deueniat: qbus potissimũ inseruiẽdũ sit. ¶ Plurimũ officii: maius officiũ: & primũ locũ. ¶ Principes: primi qm̃ nõ amare parẽtes: ut inqt Seneca: ipietas est: nõ agnoscere insania. ¶ Quorũ beneficiis: qm̃ parẽtes dederũt nobis eẽ: patria aũt cõseruauit. Philosophus agens de amicitia & iusto parẽtũ ad filios & contra sic ait. Est essendi cã patet: qđ maximũ est: & enutritionis ac educationis. Amicitia talis in excellẽtia cõsistit: quapropter & honorãtur ipsi parẽtes & iustũ in his est q; efflagitat dignitas. Maxie debẽt inquit filii parẽtibus adesse: & illis poti⁹ quæ sibi ipsis honestius est opitulari: honorẽ ẽt ut diis tribuere oportet. ¶ Proximi in secũdo loco. ¶ Tota domus: omnis familia: cũ qua in una domo uiuimus. Quæ spectat in nos solos spẽ habet nec habet aliud ꝑfugiũ: idem locũ quo se conferat ad opem ĩplorãdam. Bene cõuenientes non discrepantes a nobis in aliqua re: & maxime concordes in moribus: cum aũt sunt bene conueniẽtes præponendi sunt cæteris amicis. Quibus cõis est plærũq; fortuna: idest status & conditio. Vnde uidemus interdum q; propter unum ex ciuitate pellitur ois familia. Illi igitur qui propinqui parati sunt nobiscum omnem pati fortunã chari nobis esse debẽt: Vnde Cicero in quadam epistola ad Atticum sic scribit. Quinti fratris domus primo facta coniectu lapidũ ex mea: deinde inflãmata iussu Clodii inspectante urbe coniectis ignibus. Et ad fratrem sic scribit. Sed certe ad te mihi oĩa semper honesta & iocunda ceciderunt: a me tibi luctus meæ calamitatis desiderium moeror solitudo: Fortuna igit Ciceronis cõis fuerat cum fratre. Quãobrem. Concludit hanc partem ostẽdens supradictis nos debere præsidia uitæ. ¶ Quãobrẽ: igitur cum hi sint necessitudinis gradus. Necessaria ꝓsidia alimenta & defensio præsidiũ est quod alicuius auxilium comparat. Pompeius ait præsidiũ dicitur quod pro utilitate & salute alicuius auxiliũ gratia præponitur. Subsidium q; positum est ad subueniendum laborãtibus. Vlpianus ait: præsidium est auxilium principale: nam subsidium dicitur id quod in auxilium succedit. Hic Cicero accipit præsidia simpliciter pro quibuscunq; auxiliis: his maxime potissimum ante omnis alios: quibus etiam post illos debemus. His parentibus liberis familiæ propinquis: necessaria: sine quib⁹ uiuere nõ possunt: & ea omnia quæ pertinent ad uitam degendam his præbẽda sunt. ¶ Vita autem: postq̃ determinauit & docuit quibus potissimum debeant præsidia uitæ: ponit ea quæ inter amicos esse debent. ¶ Vita: consuetudo uiuendi.

deuiciũtur societate. Sed cũ oĩa rõne aĩoq; lustraueris oium societatũ nulla est gratior: nulla carior: q̃ ea quæ cũ repu. est unicuiq; nostrũ. Chari sunt parẽtes: chari liberi: ꝓpinqui familiares. Sed oẽs oium charitates patria una cõplexa est: ꝓ qua qs bonus dubitet mortẽ oppetere si ei sit ꝓfuturus. Quò est detestabilior istoꝝ imanitas: qui lacerarunt oĩ scelere patriã: & in ea fundit⁹ delẽda occupati: & sũt & fuerũt. Sed si contẽtio q̃dã & comparatio fiat: qb⁹ plurimũ tribuẽdũ sit officii principes sint patria & parẽtes: quoꝝ beneficiis maxie obligati sumus. ꝓximi liberi: totaq; domus quæ spectat in nos solos: neq; aliud nullũ potest habere ꝑfugiũ. Deinceps bene conueniẽtes propinqui: quibus cõis etiã plerũq; fortuna est. Quamobrem necessaria præsidia uitæ debẽtur: his maxime quos ante dixi. Vita autẽ

Oppetere

Pius

Præsidium

Subsidium

Cõsiliũ ¶ Victus cõis: rõ uiuẽdi.i.uiuere simul ut decet amicos. ¶ Cõsilia: cõsiliũ est sciẽtia inspiciẽdi quæ nã & quo pa
cto agẽtes utiliter opemur & in cõi uita mutuis cõsiliis idigemus & s͞monib⁹. ¶ Cohortatiões: ad bonas artes
Phũs & ad aliqd agẽdũ. Phũs sic ait. Loca non dissoluũt amicitia sed opatione: q̃ si diuturna absentia fuerit: amicitiæ
quoq̃ obliuione efficiẽt. Vñ dictũ est: taciturnitas cõplures amicitias dissoluit. Aspicer̃ amicos iocũdũ est: p̃ser
tim ei q calamitatib⁹ p̃mit̃: fertq̃ p̃sidiũ aliqd cõtra dolores: cõsolatione eni ipse amicus & uerbis & aspectu af
ferre põt: mõ si dexter: sciat nãq̃ mores qb⁹ gaudet atq̃ dolet. His q emẽdari p̃nt magis ferẽdũ est in moribus
auxiliũ q̃ in pecuniis q̃to p̃stãtiores sũt & ma
gis amicitiæ p̃ptiĩ. ¶ Cõsolatiões in dolorib⁹
Conso- & aduersa fortuna. Consolatio est doloris di-
latio minutio. Solatiũ sit re: cõsolatio uerbis. Qui-
tilianus ait. Cæcitatis miseræ solatiũ est hẽc rẽ
Solatiũ uidẽtiũ: & alibi: obuiã cõsolationib⁹ itis. Sola
mẽ est magis poeticũ: ut Vir. Solamẽq̃ mali
de collo fistula pẽdet. ¶ Obiurgatiões: cui⁹ au
res ingt in Lælio ueritati clausæ sunt: huius sa-
lus desperãda est. Obiurgationes in amicitia
g͞ræ sunt: quæ aculeos habẽt: dolores uero nõ
habẽt: cõpungimur eni cẽsoriis sermonibus:
sed beniuolẽtiæ delectamur sedulitate: inquit
Ambro. debemus igit̃ amicũ obiurgare: si q̃n
ab officio discesserit. Iurgiũ p̃prie est iter pro
pinquos & amicos: Vnde Simõ Terentianus
dicit sibi nõ eẽ satis cãæ ad obiurgãdum. ¶ Vi
gent: exercent̃ in primis. ¶ Cõiugauit: cõiun-
xit bonos uiros quadã necessitudine: quoniã
nititur honesto & durat.

uictusq̃ cõis: cõsilia: sermones: cohortatiões: cõso-
latiões interdũ etiã obiurgatiões in amicis uigent
maxime. Estq̃ ea iocũdissima amicitia quã similitu
do morũ cõiugauit. ¶ De officiis a circũstãtia.

ſ Ed in his oib⁹ officiis tribuẽdis uidẽdũ erit
qd cuiq̃ maxĩe necesse sit: & qd q̃sq̃ nobis-
cũ uel sine nobis: aut possit cõsequi: aut nõ
possit. Itaq̃ nõ iidẽ erunt necessitudinũ gradus qui
& temporũ. Sũtq̃ officia quæ aliis magis q̃ aliis de
beantur: ut uicinũ citius adiuueris in frugibus per
cipiendis: q̃ aut fratrem aut familiarẽ. At si lis in iu-
dicio sit: p̃pinquum potius & amicum q̃ uicinum
defenderis. Hæc igitur & talia circunspiciẽda sunt
in oĩ officio & cõsuetudo exercitatioq̃ capiẽda: ut

ſ Ed in his oib⁹ officiis: oñdit ẽt in ipsa liberalitate: ut fecit supra cũ de iustitia differerẽt: officia eẽ a cir-
cunstãtia: nã mutat̃ tpe p̃sonæ: re. aliisq̃ circũstãtiis: & dicit cõsiderandũ eẽ qd cuiq̃ necesse sit: & q̃s-
q̃ sine n͞ra opa cõseq aut nõ seq possit: & ei magis debemus adesse: qui plus opæ & studii nostri idi-
gebit. ¶ Tribuẽdis: cũ tribuere uoluerim⁹ hæc liberalitatis officia. ¶ Vidẽdũ: prudẽter considerãdũ.
¶ Maxĩe: potissimũ. Ita hoc mõ si cõsideret̃: ut dixi. Nõ erũt idẽ gradus: nõ semp habẽda erit rõ necessitudinis
& p̃pinqtatis. sed & tpis: nã incidũt sæpe tpa: ut alicui magis debeamus in aliq̃ re q̃ fr̃i: & sic erit officiũ a circun
Ambro. stãtia tpis. Nec p̃sonarũ semp ingt Ambro. Sed plerũq̃ causarũ & tẽporũ p̃lationis sũt: ut si frater: qui nobis cõ
iunctissimus est nõ idiget bñficii: in aliũ potius cõferẽdũ est: & sic tpe mutant̃ ea quæ uident̃ fieri debere p̃p ne
Necessi- cessitudinẽ. i. coniũctionẽ sanguinis affinitatẽ: & amicitiã. Necessitudo: ut ingt Gellius lib. xii. dicit̃ ius quoddã
tudo & uinculũ religiosæ cõiunctionis: in li. uetere͞r reperit̃ necessitudinẽ dici pro eo qd necesse est: sed necessitatas pro
iure officioq̃ obseruãtiæ affinitatis ue infrequẽs q̃q̃ qui ob ipsum ius affinitatis familiaritatis ue cõiun-cti sunt:
necessarii dicunt̃. Cæsar qdẽ necessitatẽ posuit pro necessitudine. i. iure affinitatis. Eqdẽ ingt mihi uideor pro
nostra necessitate: nõ labore: nõ opa: nõ industria defuisse. Gradus qui descripti sunt. i. nõ debemus semp hos
gradus seruare: ut dictũ est: q̃n aliq̃n rõne tpis aliq p̃ponẽdi erunt: qui simplr̃ nulla circũstantia urgẽte postpo
Phũs nẽdi essent. Phũs in. ii. ethices sic ait: oportet ipsos agẽtes ea semp cõsiderare: quæ ad tp̃s accõmodantur: quem
admodũ medicina fit: & gubernandi ẽt arte. ¶ Suntq̃ officia: ponit infirma officia quæ magis uni q̃ alteri debẽ
Salomõ tur ratione tpis. Vt uicinũ Salomon dicit. Melior est uicinus in p̃ximo: q̃ frater procul habitãs. Ideo iquit Am
bro. Plærunq̃ amicitiæ beniuolentiæ quisq̃ cõmittit: q̃ fratris necessitudini. Et uicinitas: ut ait Teren. pro affi
nitate quadã est. ¶ Familiarẽ: amicũ. ¶ At si lis. i. si p̃pinquus litigat & uocatur in ius illiq̃ negocium exhibet̃ ei
potius debemus patrociniũ q̃ amico aut uicino. ¶ Propinquũ poti⁹: & sic multo magis fratrẽ. ¶ Hæc igit̃ & ta
lia cõclusio est quæ p̃cipit capiendã esse exercitationẽ: & oĩa quæ de liberalitate dicta sunt: circũspicienda. ut q̃o
qd cuiq̃ debeat̃ scire dispicereq̃ possimus & habitũ uirtutis habeamus quæ assuetudine fit in nobis: non natu-
ra ut in principio disputatũ est. Hæc quæ dicta sunt cautiones & circũstãtiæ. ¶ Et talia: similia quæ esse possunt.
¶ In oĩ officio: cum uolumus esse officiosi: & aliquod officium alicui præstare: & in beneficio collocando. ¶ Cõ
suetudo: usus & assuetudo quæ fit in nobis moralis uirt⁹. ¶ Exercitatio: in ipsis officiis p̃standis: ut iudicare scia
mus. ¶ Vt boni: iusti. ¶ Ratiocinatores: calculatores ita dicã: q̃n calculari barbarũ est: & mercatores: & qui præ
sunt rõnibus: faciunt suos cõputus: idem sunt rõcinatores: q̃n faciunt rõnem impensarũ & redditus & sciunt
cõputare supputareq̃ quantũ rõnibus addatur: quantũ debeat̃ cuiq̃: & q̃sq̃ quãtũ debeat. Vnde ut supradictũ
est: rõnariũ dicit̃ liber: qui cõtinet has rões: ut sunt nũc libri mercatorũ: sic faciendũ est in officiis: & loquit̃ per
trãslationẽ arithmetrice Ci. quæ cõsistit in rõnibus & calculis: ut cognoscat̃ qd reliquũ sit: & qd aliis: qui in nos
beneficia contulerũt: debeamus. Est eni spectandus animus dantis nõ munus: & oĩa ea diligẽter considerãda:
quæ Cice. posuit ut sciamus constituere qd agendũ sit in officio præstando beneficiisq̃ collocandis. Sapiens in
quit Seneca: examinabit secum quantũ acceperit: a quo: q̃ñ: ubi: quemadmodum. Itaq̃ negamus: quenq̃ scire
gratiam referre: nisi sapientem: non magis q̃ beneficium dare quisquã scit: nisi sapiens hic. s. qui magis gaudet
dato q̃ alius accepto. Metrodorus ait. Solum sapientẽ scire gratiam referre. ¶ Deducendoq̃ numerum. s. ut fa-

ciunt arithmetrici & calculũ:nã debemus cõsiderare circũstãtias.mores bñficia collata prius in nos:aium dãtis: & postea rõcinari:& iudicare qd pstandũ sit cuiq.¶ Quæ reliqui sũma fiat:qd relinquat:qđ aliis debeam⁹: Mercatores faciũt rõnẽ oium quæ dant & accipiũt & faciut sũmã:ut qd debeãt aliis sciãt:& qd ipsis debeat. Reliq de reliquo qd relinquat in sũma qđ aliis debeamus.¶ Ex quo.i.ex qua supputatione & rõcinatiõe.¶ Intelligas:cognoscas.¶ Quãtũ cuiq debeat:qđ officiũ cuiq pstandũ sit:& qui sint pponẽdi in bñficio collocãdo:qđ iudicari recte nõ põt:nisi affuerit exercitatio in ipsis actionib⁹. Vñ opus est longa experientia.¶ Sed ut nec:quis inquit

boni rõcinatores officiorũ eẽ possumus:& addẽdo deducendoq uidere:quæ reliq summa fiat. Ex quo qtũ cuiq debeat itelligas. Sed ut nec medici:nec iperatores:nec oratores:quis artis pcepta pcepint:qcq magna laude dignũ sine usu & exercitatiõe cõseq pñt:sic officii cõseruãdi pcepta tradunt:illa quidẽ ut faciamus ipsi. Sed rei magnitudo usum quoq exercitationẽq desiderat. Atq ab his reb⁹ quæ sunt in iure societatis humanæ queadmodũ ducat honestum:ex quo ortũ est officium satis fere diximus.

¶ Persplendidũ dicit id q magno factũ est animo atq excelso.

Ntelligẽdũ est autẽ cũ pposita sint genera qtuor e qbus honestas:officiũq manaret:

Cic. officia cognouerimus.tñ nisi ea exercuerimus:nihil ampla laude dignũ fiat:qm ut sciamus quantum parẽtibus fratri amico:alienis hoib⁹ atq uicino debeamus:exercitatiõe op⁹ est & usu:qm uirtutis laus in actione consistit. Et pbat hoc cõparatiõe medicorũ:iperatorũ: & oratorũ:qui quis in eorũ pfessionib⁹ scientiis clarissimi sint:tñ nisi habeant exercitatiõnẽ:parũ uel nihil faciũt:qđ ampla laude dignũ sit. Sic hi qui pcepta officiorũ callẽt:nisi ipsi ea dẽq pcipiũt faciãt laudẽ nõ merent. Vñ debemus alios & opera & uerbis ad officia dirigere:ne uirtutis simulatores uideamur. Ideo auctor nostræ salutis cœpit facere & docere:& carpunt illi:qui cũ aliis uirtutem pdicauerint: eosq ad tẽperantiã hortati fuerint:ipsi uoluptatib⁹ & luxuria defluunt. Aptissima est hæc cõparatio cũ hoibus.s.reip.oportunis. Nam medici corpora curant:oratores agenda persuadẽt:deducũtq mẽtes audiẽtiũ quo uolũt: & ad quoscũq affectus. Imperatores aũt exercitus extra rẽ gerunt:qui nisi fuerint usu edocti:quis militaria pcepta didicerint:maximas calamitates interdũ & plerũq afferũt priæ. Sic orator quis teneat artis pcepta:tñ sine exercitatiõe parũ faciet. Hoc idẽ in medio est:qui potissimũ exercitatiõe indiget. Et sic diiudicare qd cuiq debeat:est qdã ars quæ idiget exercitatiõe & usu:ut aliæ artes & pcepta quæ pfectionẽ non cõstituũt sine exercitatiõe.¶ Vsu:assuetudine. In rhetoricis sic ait:Oratori minimũ est de arte loq:sed multo maximũ ex arte dicere. Scire inqt phus in.v.ethices:quo nã mõ ad sanitatẽ efficiẽdã:& cui & qñ sint tribuẽda ea quæ saluberrima sũt:tãta est difficultas scire quãto est medicũ eẽ. Idẽ in.ii.sic scribit. Cũ aũt psens tractio nõ cõtẽplatiõis sit ut cæteræ grã:nõ eni ut sciamus qd nã sit uirtus:sed ut efficiamur boni cõsideramus:nã nulla ipsius eẽt utilitas de actib⁹: quonã mõ sint agẽdi considerãdũ est;hi nãq sunt:auctores ut tales ipsi habitus fiãt.¶ Sic:pari mõ:adaptat cõparationẽ.¶ Officii cõseruãdi:ut officiũ recte cõseruet & pstet.¶ Tradunt:scribunt & dant aliis:nõ ut solũ sciamus quid sit officium:sed ut faciamus:cognoscere eñi officia;& illa nõ præstare:nulla est utilitas illa cognoscere:ergo officiũ recte præstãdũ est:si boni esse uoluerimus.¶ Vt faciamus:ut nos exerceam⁹ ipsa officia:quæ nõ possunt recte pstari sine exercitatiõe:& ita faciamus ut præcipit:nõ eni laudant hi qui solũ uerbis philosophãtur:uita aũt luxu defluit.¶ Sed rei magnitudo:istorũ officiorũ diiudicatio & difficultas in officiis pstãdis.¶ Vsũ: assuetudinẽ ut possit recte esse pfecta.¶ Atq ab his rebus:cõcludit Cice. hãc disputationẽ de iustitia & liberalitate dicens satis dictũ esse de iustitia:& his quæ ad humanã societatẽ tuendã ptinẽt:& quõ ab ipsis ducat honestũ.a quo orit officiũ:qđ semp ad bonũ tẽdit:& nõ dicit officiũ:nisi honesta sit actio:& sic his absolutis utit trãsitiõe ad dãda pcepta fortitudinis quæ est tertia uirtus in ordine.¶ In iuræ societatis humanæ. Iustitia & liberalitate:qbus humana societas conuersat.¶ Ducatur:fiat formet habeatq originẽ.¶ Ex quo:honesto originẽ habet officiũ. Nã est quicqd honeste agit.¶ Satis fere:uitat arrogãtiã:noluit eni dicere ut iure suo potuisset:sufficit.¶ Diximus:hoc aũt seruãdũ est in oibus actionibus & rebus:ne arrogãtes uideamur & nimiũ isolẽtes:& qui nobis ipsis nimiũ placeamus.¶ Fere:quasi sufficienter ut pauca in his quæ ad iustitiam pertinent desiderẽtur.

Ntelligendum est aũt. Proposuit Cicero quattuor fontes officiorũ.i.uirtutes:a quib⁹ oritur honestum. Prudẽtiam. Iustitiam. Fortitudinẽ:& Temperantiã. Postq de prudentia & iustitia cui adnexa est liberalitas disseruit:& quid quoq tpe agendũ sit præscripsit & docuit.transit ad fortitudinẽ & magnitudinẽ.¶ Intelligendũ est aũt. Sed scire oportet inquit splendidissimũ:clarissimũ & amplissima laude dignũ:uult Cicero in.ii. Tuscu.ut dictum est:uirtutis nomẽ nõ esse pprium oium uirtutũ:sed fortitudinis:a qua quæ cæteris antecellit:oẽs nominatæ sũt. Appellata inqt est ex uiro uirtus. Viri aũt ppria est fortitudo.cuius munera duo sunt mortis dolorisq cõtẽptio. Vtẽdũ est igit his si uirtutis cõpotes uel potius si uiri uolumus esse.qm a uiris uirtus nomẽ est mutuata. Plutarchus ait in uita Coriolani. Disciplina militari romana gloria maxime floruit: Testimonio est ipsam uirtutẽ unico fortitudinis noie appellata.idq quo pprie fortitudinẽ uocãt cõe generis esse uocabulũ.iõ dicit Cice.id uideri maxime clarũ & illustre.qđ forti aio factum sit. atq oia humana uincente patiẽteq dolorẽ. Nã fortis & magnanimus putat oia humana esse inferiora se & sua præstantia.eaq paruifacit & superat ois dolores quorũ uim ut uolunt Stoici opinio facit nõ natura. Vnde laudatur Possidonius.ad quem cum Pompeius decedens ex Syria Rhodum uenisset.eũq salutasset ægrotãtem:

Phus

Plutar.

dixit se moleste ferre:q posſidoniũ diſputãtẽ audire nõ poſſet:reſpõdit Poſſidonius.Nõ cõmittã ut dolor cor
poris efficiat ut fruſtra tãtus uir ad me uenerit cũq qſi faces ei dolores admouerent̃:ſæpe dixit.Nil agis dolor:
Plyni. quis moleſtus ſis:tñ nũq̃ te eſſe malũ cõfitebor.De quo ply.li.vi.ꝓbuere & Romani ꝓceres ẽt exteris teſtimo
nia.Cneus Põpeius cõfecto Mitridatico bello intraturus Poſſidonii ſapiẽtiæ ꝓfeſſionẽ clari domũ fortes pcu
ti de more a lectore uetuit:& faſces lictorios ianuæ ſubmiſit is cui ſe oriens occidẽſq ſubmiſerat. Fortitudo &
Fortis mediocritas circa timores & fiducias.Fortis ꝓprie dicit̃ qui circa honeſtã mortẽ & ea oia quæ repẽte eueniũt
atq afferũt mortẽ:interrit⁹ eſt:ut ſunt ea quæ
in bello cõtingũt.Et patit̃ oia fortis honeſta
tis cã quæ eſt finis uirtutis:& pro dignitate ut
tõ iubet:patit̃ & agit.aliqua tñ timẽda ſunt in
Ariſto. qt Ariſt.& non uiolat̃ fortitudo:mõ honeſtũ
eſt ea timere:negligere autẽ tut pe:ut eſt infa
mia quã qui timet ꝓbus dicit̃ & uerecundus:

ſplendididiſſimũ uideri:qđ aío magno elatoq huma
naſq res deſpiciẽte factũ ſit.Itaq in ꝓbris maxie in
promptu eſt ſi qd tale dici põt. Vos eteni iuuenes
aíos geritis muliebres.Illa uirgo uiti:& ſi qd eiuſ

qui uero nõ timet dicit̃ ipudẽs debemus timere pudicitiæ mulierũ nr̃aꝝ. Timenda eſt inuidia & cætera id ge
nus:quæ cũ negligunt̃ dedecus afferũt:& ea quæ trãſcendũt naturã humanã:ut fulmina inundationes:& ſimi
lia:quæ hõ ſpnere nõ põt:qm̃ plus pñt q̃ hois natura:ut terremotus:tẽpeſtates:uir fortis circa terribilia & ea
qdẽ maxia uerſat̃.Nã nihil eſt tolerãtius maloꝝ uiro forti:& mors eſt ultimũ oium terribiliũ:nã aufert oẽ bo
nũ qđ eſt in uita:& illi fortes ſuot:qui in ſubitis caſibus nulla cõſolatiõe ꝑmiſſa agũt ꝑclara:qa uident̃ hr̃e habi
Ariſto. tũ fortitudinis:& eẽ naturaliter fortes & fortitudo qdẽ dolores affert:& iõ laudat̃:difficilius eni eſt inqt Ariſt.
dolores ꝑpeti q̃ uoluptatibus abſtinere.Mors atq uulnera forti uiro moleſta ſunt:fert tñ pp honeſtatẽ:dolet
autẽ & maxie qui oi uirtute ꝑditus eſt:qa maxie dignus eſt uita:maximiſq bonis priuat̃:fortis eſt tñ & multo
magis:qm̃ honeſtatẽ cæteris rebus anteponit:unde illi ſunt ꝑſtantiſſimi milites qui hñt aliqđ ueſtigiũ ipſi⁹ for
titudinis ſine aliis bonis:quæ ſi haberẽt nõ ruerent in picula:Qui timẽdo exupat:& cõfitẽdo deficit timidus di
cit̃:qui nõ timẽdo exuperat:dicit̃ iſanus uel ſtupidus:ſi nihil oino timet:ut motus terræ:aquarũ inundatiões:
& illa ola quæ timẽda ſunt:cũ ſuperẽt naturã humanã:ut neceſſe ſit ipſa timere.Ille qui cõfidẽdo exupat audax
eſt & imitat̃ in pricipio fortẽ:ſed cũ ad picula uentũ eſt:dat terga:& fit timidus. Fortis eni oia humana tolerat
& cõfidit:qm̃ cõfidere:eſt hois bona ſperantis. Timemus iure:ut dixi ea quæ terribilia ſũt:& cũ morte:quæ eſt
in bello:nihil ſit terribilius:& uirtus uerſet̃ circa terribile:ac difficile ſit:ut fortitudo ꝓprie in morte ſit quæ in ꝑ
Plato lio eſt fitq cũ maxio piculo.Fortitudo inqt Plato efficit ne iter picula & terrores a iuſtitiæ tenore deuiemus:&
Seneca fortitudinẽ:ut uolũt ſtoici ſequunt̃ cõſtãtia atq ualitudo:fortitudo inqt Seneca cõtẽptrix timẽdoꝝ eſt terribi
fidentia lia & ſub iugũ libertatẽ nr̃am mittẽtia deſpicit:ꝓuocat:fregit:fortitudo ut idẽ finit in rhetoricis eſt cõſiderãda
Patiẽtia piculoꝝ ſuſceptio & laboꝝ ꝑpeſſio ei⁹:comites ſunt magnanimitas fidẽtia Patiẽtia & ꝑſeuerantia. Fidẽtia eſt
Perſeue per quã magnis & honeſtis multũ ipſe aius in ſe fiduciæ cũ certa ſpe collocauit.Patiẽtia eſt honeſtatis aut utili
rantia tatis cã reꝝ arduaꝝ ac difficiliũ uolũtaria & diuturna ꝑpeſſio.Perſeuerãtia eſt in rõne bñ conſiderata ſtabilis &
ꝑpetua ꝑmãſio.¶ Elato:forti & tãq̃ loco edito ſpernẽti ea quæ alii rimẽt.¶ Humanas res:oia quæ accidere hoi
pñt:quæ tñ nõ trãſcẽdũt uires humanas:fortis deſpicit:& oẽs res humanas:ifimas:& caducas:& oia tela fortu
næ paruifacit:ad ois euentus tolerãdos erecto aio parat⁹.Nã magnanimitas:de qua poſt dicet̃:eſt ſciẽtia & uir
tus quæ habitũ facit celſiorẽ oibus quæ cõtingere pñt æqualiter bonoꝝ & malorũ. Genera q̃ttuor:uirtutes:&
fontes officioꝝ.E qb⁹ uirtutib⁹.ſ.actio honeſta & officiũ.Manaret:oriret̃ tanq̃ e fontib⁹.Itaq igit̃ cũ ſplẽdidiſ
ſimũ ſit qđ magno aio ſit.Vitupandi ſunt illi qui gerũt aios muliebres.In ꝓbris cõtumeliis:& cũ uolumus ali
quẽ uitupare dicimus illũ hr̃e aium muliebrẽ & timidũ:qm̃ ut dictũ eſt:fortitudo ꝓprie uiroꝝ eſt:& qui eã nõ
Probrũ hñt:uiri nõ ſunt ſed fœminæ:qđ cũ alicui põt dici:maximũ eſt dedecus:ꝓbrũ eſt dedec⁹ & cõtumelia. Maxie in
primis.¶ In promptu:qđ cito uenit in mentẽ:& pro maxio probro alicui obiicit:ſed qd eiuſmodi dici poteſt:
¶ Tale quale eſt hoc quod Ennius cecinit in dedecus iuuentũ romanoꝝ qui magnitudine ai ſupabantur a uir
gine.Vos eteni iuuenes.Carmẽ eſt Ennii:quo iuuenes romanos ignauiæ accuſabat:q a Clelia uirgine:quæ ob
ſes fuerat apud Porſennã ſuperabant̃.Illa eni ad ſuos tranauit.Vñ Romani ob id ſtatuã illi erexerũt equeſtrẽ in
edito loco uiæ ſacræ.Muliebres timidos & ignauos.i.Meticuloſi eſtis ut ſolẽt eẽ muliebres:quod a uiro alienũ
oino eſſe debet:& apud Perſas auctore Herodoto maxime probro dabat̃ audire ſe eſſe muliere ignauiorẽ Sene
ca dicit.Clelia equeſtri inſidens ſtatua in ſacra uia celeberrimo loco exprobat iuuenibus noſtris puluinũ aſcen
dentibus in ea illos ut be ſic ingredi:in qua ẽt fœminas equo donauimus.Illaq uirgo.i.Clelia quæ contempto
Porſenna & aquis ad ſuos natauit.Viri.i.illa uirgo eſt aio forti:ut debent eſſe uiri.habet inqt aios dignos uiro.
Et ſi qd eſt hmõi cuiuſmodi eſt hoc quod ſequitur:in quo arbitror eſſe mendam:qm̃ ratio grammatices nõ pa
titur:ut ſalmacida ſpolia dicamus:eſt igitur ſalmaci caſus uocandi:& ut ita legam adducar auctoritate Sex. Põ
pei in cuius uetuſtiſſimo codice in fine.ſ.xviii.li.ſic legitur.Salmacis noie nymphæ cæli:& terræ filia fert̃ cauſa
fontis Halicarnaſi aquæ appellãdæ fuiſſe ſalmacidis:quã qui bibiſſet uitio ipudicitiæ molleſceret ob eã rẽ q id
eius aditus anguſtatus parietibus occaſionẽ largit̃ iuuenibus petulantibus puerorũ puellarũq uiolandaꝝ:qa
non patet effugiũ.Inde Ennius ſalmacidas ſpolia ſanguine:hæc ſũt uerba Põpei.Carmẽ eſt igit̃ Ennii quo illo
rum molliciem taxat:& ignauiã:qui ſpoliis adeptæ alicui pudicitiæ gaudẽt:& id exercẽt qđ ipſis notã luxus
infamiæ atq ignauiæ inurit.Inquit igit̃ o ſalmaci tu das ſpolia parta ſine labore:qui generoſos aios:& a natu
Salma ra bene inſtituos nutrit:& ſanguine:qđ eſt contra naturã uiri fortis:qui in periculis uerſat̃ erecto animo:& ꝓ
cis decoro ſeruãdo nõ parcit ſanguini.Salmacis fons eſt Cariæ regiõis:de quo Strabo ait libro.xiiii.ſalmacis fons

nescio q̄obrē calūniatus tā̄q̄ emolliēs eos, qui inde bibāt: hoīum eni mollicies uidet̄ ab aere uel ab aq̄ cāni trahe-
re cū ea minime sint cā mollicei: deuitiæ & uictus incōtinētia. Salmacis nympha dicit̄ rapuisse herma- phroditū
& fuisse mollē: & eius aquā epotā molles effecisse: cū talia p̄nt alicui merito dici: maximū est ꝓbrū: cū aūt laudat̄
aliqs ob fortitudinē: p̄clarissimū est: & pleno ore sonādū: & affert exēpla eoꝝ: qui pugnādo fortiter & pro pa-
tria occūbentes rhetoꝝ p̄coniis celebrati sūt: possumus ēt spolia parta sine labore salmacia appellare: & Salma-
cias baias dixit Martialis: ex formulis grāmatices nō dicit̄ salmacidus: sed salmacius. Cōtra: ex alia parte cum

modi Salmacida spolia sine sudore & sanguie. Con
traq; in laudib⁹ quæ magno aio & elato fortiter ex
cellenterq; gesta sūt ea nescio quomō quasi pleno
ore laudamus. Hinc rhetoꝝ cāpus de marathone:

aliquē laudamus ob fortitudinē. In laudib⁹
cū aliquē laudam⁹. Elato: humana spernēte:
qd̄ est ꝓpriū magnanimi. Fortiter: cōtra il-
lud: qd̄ dixi iu ꝓbris geritis aium muliebreȝ:
Excellēter: cōtra illud: sine sudore & sangui-
ne. Ea quæ tali aio gesta sunt: nā gesta ꝓprie Gesta
dicunt̄ in rebus grauioribus. Nescio quō. i.
mō quodā mirabili: & cū quadā admiratiōe. Pleno ore: maximis laudibus & amplo p̄conio: idē in. ii. de ora-
tore sic ait. gratissimo laus eoꝝ factorū habet̄: quæ suscepta uident̄ a uiris fortib⁹ cū labore ac piculo ipsoꝝ hæc
hn̄t uberrimā copiā ad laudādū: q; & dici ornatissime p̄nt & audiri facillime. Hic: ex hoc q̄m sūma est laus for-
titudinis: quæ in bello se pro patria & honestate ostētat. Ex hac igit̄ fortitudinis laude. Cāpus: materia ingēs
ꝓposita ad dicēdū ipsis oratorib⁹ est laudē fortiū uiroꝝ. Plato in epitaphio sic ait. Videt̄ apud plurimas gētes Plato
p̄clarū eē in bello mori. Etenī qui sic e uita migrat funere honestat̄ & sepulchro: & siue pauper qs ita decedat lau
datione nō caret ex hoc intueri licet q̄ta illoꝝ uirtus fuerit: qui in Marathone barbaroꝝ ipetū sustinuerūt: eo-
rūq; supbiā domuerūt: primi sane de barbaris triūpharūt: & exēplo reliqs oñderūt psaꝝ aut iexpugnabilē esse.
Secūdā palmā his tribuim⁹: qui ad salamina pugnauerūt. Tertiū bellū afferro qd̄ in plateis gestū est saluris græ
ciæ cām exercesse cōe uero id iā atheniēsib⁹ & lacedæmoniis facinus. De marathone: de laudib⁹ eoꝝ qui forti
ter pugnauerūt in cāpis marathonis. Nā qui in illa pugna occubuerūt quotānis laudabātur. Et extat oro lysiæ
in laudē eoꝝ: qui ceciderūt ad Marathonē. Orator est qui causas orat: uel in iudiciis: uel in cōcionibus. Rhetor Orator
est qui artē docet orādi. Cicero hic more græcorū loquutus est: qui rhetorē pro utroq; accipiunt. Declamator Rhetor
est: qui studēs apud rhetorē in cōuentu scholasticorū fictā cām orat. ut postea in ueris causis orare possit: & ex Decla-
umbra in solē puluerēq; prodire. Marathon cāpus in Attica regione dn̄atus a Marathone heroe ubi Melciades mator
dux Atheniensiū Persas uicit Artaphrene & dati ducib⁹ Darii cæsis hostiū ducētis milibus peditū: & decē mili Mara-
bus equitū: ut qdā uolūt. Herodotus aūt lib. vi. dicit apud Marathonē occubuisse Persaꝝ circiter sex milia trecē thon
tos. Atheniēsiū uero cētū & .xcii. Darius rex Persaꝝ intulit bellū Atheniēsibus ægre ferēs ab illis cōtra se Ionas
adiutos esse: quos nauali p̄lio supauerat: Itaq; athenienses nō expectato auxilio lacedæmonioꝝ: qui socii erāt: &
se plenilunii religione ipediri dicebāt: q̄m plena luna quattuor diebus putabāt nefas esse emittere exercitū: in
structis decē milibus ciuium & mille ex his: qui ex plateis uenerāt aduersus tot milia hostiū in cāpis Maratho-
nis duce Melciade pugnauerunt: quē tanta fiducia ceperat: ut auctore Trogo: & plus esse p̄sidii in celeritate q̄
in sociis lacedæmoniis duceret: pugnatū esse tāta uirtute: ut hinc uiros: īde pecudes putares. Victi Persæ in na
ues confugerūt: ex quibus multæ submersæ: multæ captæ sunt. In eo prælio tāta uirtus singulorū enituit: ut cu
ius laus prima esset difficile iudicium uideret̄: & maxime callimachi: & Cynegiri militis: & Themistoclis adole
scentis. In quo iam tūc indoles futuræ iperatoriæ dignitatis apparuit. Cynegyrus Euphorionis filius dū sum-
mam puppim apprehēdit: abscissa manu bipēnii cecidit Salamine. Apud Salaminē insulā quæ est cōtra atticā Salami-
Xerxes Darii filius uictus fuit ab atheniēsibus pugna nauali duce Themistocle. Plateis. plateæ oppidū boe- ne
tiæ ubi pausanias & Aristides profligauerūt Mardoniū Xerxis decē: qui ueluti ex naufragio cū paucis effugit:
castra referta regalis opulētiæ castra sunt. Inde primū græcos diuiso inter se auro persico diuitiarū luxuria ce-
pit: prius eni negligebant. Ideo Demaratus Xerxi dixit: Græcia semp fuit alūna pauptatis hospes uirtutis: quā
a sapia asciuit: & a seuera disciplina: hanc usurpans Græcia & paupertateȝ tuet̄ & dn̄atū: uictoriā ad plateas sibi
uēdicabat pausanias tripode aureo iscripto & Apollini dicato: Mardonius erat Xerxis cōsobrinus Gobirs soro
ris Darii filius ab Arinesto sparciata occisus est saxo adacto in caput ut Plutarch⁹ scripsit in uita Aristidis: Pau
sanias lacedæmonius fuit Cleombroti filius. Aristides atheniēsis. Thermopylis Thermopylæ sūt locus angu
stus & fauces ad ætham montē Thessaliæ a qbus angustiis & faucib⁹ pylarū. i. portarū nomē assumpsit: Iuxta
quas sunt aquæ calidæ: unde Thermopylæ dicunt̄. i. thermarū portæ: aquæ illæ dicatæ erant herculi. Liuius li.
vi. decadis belli macedonici sic scribit: Id iugū sicut apēnini dorso Italia diuidit̄: ita mediā græciā diuidit a leuca-
de: & mari ad occidentē ad alterū mare oriēti obiectum tendit extremos ad oriētē mōtes æthā uocāt. In cuius
ualle interest nō latius q̄. lv. passus: hæc una uia militaris est qua traducti exercitus si nō prohibeantur possint.
Iō pylæ & ab aliis quia calidæ aquæ in ipsis faucibus sūt: Thermopylæ locus appellat̄. Nobilis lacedæmonioꝝ
aduersus Persas morte magis memorabili q̄ pugna. Sunt ibi inqt Herodotus calida lauacra: quæ ollas uocant
indigenæ: ad os ingressus ædificatus est a phocēsibus murus metu thessalorū: sup quē olympylæ. i. portæ erāt
Vbi leonidas dux lacedæmoniorū Anazandridæ filius. ccc. lacedæmoniis castra q̄ngentorū miliū persarū no-
ctu inuasit: pugnatum est ardenter a principio noctis usq; ad magnam partem diei: ad postremū nō uicti: sed
uincendo fatigati inter ingentes occisorum cateruas: nam. xx. milia barbarorū illic ceciderunt: fortissime mor
tem oppetiere: quibus postea erecta fuerunt sepulchra cū titulis. In. ii. Tuscula. dicit: Sed qd duces & principes
nominē cum legiones scribat Cato sæpe alacres in eū profectas unde redituras se non arbitrarent̄: pari aio la-

cedæmonii in Thermopylis occiderunt:de quibus hæc Simonides scripsit. Dic hospes spartæ nos te hic uidisse iacẽtes. Dũ sanctis p̃riæ legib⁹ obseqmur. Quid ille dux Leonidas dixit pgite aio forti lacedæmonii:hodie apd ĩferos forte cœnabimus. Seneca dicit. Leonidas cõmilitones sic allocutus est:prãdere tanq̃ apud inferos cœnaturi. Cũ lacedæmonii illas costodirẽt angustias:qdã hostis in collogo dixit solẽ præ multitudine iaculorũ & sagittarũ nõ uidebitis rñdit. Dieneces lacedæmonius:ergo sub umbra pugnabimus. ⁋ Leuctris: leuctra oppidũ boetiæ:ubi Epaminundas thebanus lacedæmonios uicit:adeoq; attriuit:ut postea iperiũ recuperare non potuerint. De quo sic scribit Trogus li.v. Fuit aũt in certũ uir melior an dux eẽt. Nã & iperiũ nõ sibi sed p̃riæ semp q̃siuit, & pecuniæ adeo cõtẽptor fuit:ut sumpt⁹ funeri defuerit g̃liæ quoq; nõ cupidior q̃ pecuniæ;qppe recusanti oia iperia ingesta sunt honoresq; ita gessit:ut non accipe ornamẽtũ sed dare ipsi dignitati uidere-

salamine:plateis:thermopylis:leuctris: Stratocles. Hic decii. hinc Cn. & Pub. Scipiões. hinc Marcus Marcellus inumerabiles alii maxieq; ipse populus Romanus ai magnitudine excellit. Declarat autẽ

tur. Iã litterarũ studiã iã phiæ doctrina tanta fuit:ut admirabile uideret̃:uñ tã insignis militiæ scia hoi inesset inter lras nato. Neq; ab hoc uitæ pposito tõ mortis dissensit. nã ut relatus in castra semianimis uocẽ spũmq; collegit:id unũ circũstantibus reqsiuit. Nũ cadẽti sibi scutũ ademisset hostis:qd ut seruatũ audiuit: allatũq; uelut laborũ gloriæq; sociũ deosculatus est iterũ q̃siuit:utri uicissent:ut audiuit thebanos uicisse bñ hr̃e rẽ dixit:atq; ita ueluti gratulabũdus p̃riæ expirauit. In.ii. Tusculana. Scribit Ci. Nũ ingenuisse Epaminũdã putas:cũ una cum sanguine uitã effluere sentiret? Impetrãtẽ eni p̃riam lacedæmoniis relinqbat:quã accepat seruientẽ:sed hoc fuit in alia pugna apud Mãtineã:nõ in hac pugna leuctrica. Stradocles Atheniensiũ dux auctore Aschine pugnauit ad cheroneã urbẽ boetiæ pro Philippo rege cũ libertate græciæ. Strabo li.ix. loquens de cheronionea dicit ubi Philippus magno plio uictis atheniẽsib⁹ & boetiis & corinthiis græciã suo subiugauit iperio. Illic eorũ qui in pugna cecidere publicũ sepulchrũ ondit. Horũ fortitudinẽ his uerbis celebrat Trogus li.x. Nõ tñ sui immemores pristinæ gloriæ ceciderũt:atheniẽses:qppe aduersis uulnerib⁹ oẽs loca quæ tuẽda a ducib⁹ acceperãt. moriẽtes corpibus texerũt. Verba æschinis hæc sunt. Terrestris uero rei si uera fateri uolumus:oẽm pricipatũ thebinis cõcessit:ut nec facultatẽ habuerit Stratocles dux noster de salute militũ ex sua snia puidendi. Plato in epitaphio sic ait:eos laudare par est:qui pro salute uiuẽtiũ offerre se morti nõ dubitarunt. ⁋ Hinc decii: hactenus de græcis: nũc de nr̃is exẽpla ponit. Decii se pro patria magno aio deuouerũt li.i. de diuinatione loquẽs De decio patre ait. Post triẽniũ aũt cũ cõsul eẽt deuouit se:& in acie latinorũ irrupit armatus:quo ei⁹ facto supati sunt & deleti latini:cuius mors ita g̃liosa fuit:ut eãdẽ cõcupisceret filius. Nã in bello hetrusco ẽt se deuouit in.iiii. cõsulatu collega Fabii Maximi. Nota est historia apud Liuiũ. ⁋ Cneus & pub. Scipiões fratres fuerũt in scdo bello punico Hãnibale Italiã lacerãte:in Hispania occiderũt. Publius in acie hasta trãsfix⁹:qui fuit pr̃ Aphricani maioris: Cneus in quadã turri obsessus.xxviii. die post mortẽ fr̃is iterfect⁹:ex quorũ morte & romæ & in hispania luctus fuit. Duo fulmina belli appellabant̃ ab Ennio. In paradoxis ait. Quæ uis patrẽ Deciũ:quæ filiũ deuotauit ac imisit in armatas hostiũ copias qd duo ppugnacula belli punici Cneus & .P. Scipiones:qui carthaginẽsiũ aduẽtũ corporib⁹ suis itercludẽdũ cẽsuerũt. Hinc ex hac fortitudinis laude excelluerũt:& celebrati sũt illi qui ceciderũt ad Marathonẽ. Salamina plateas. Thermopylas & in pugna leuctrica excelluerũt ẽt magnitudine ai celebratiq; sũt Decii qm̃ magno aio & elato sese morti obiecerũt:& duo fulmina belli. ⁋ Scipiones. M. Marcellus qui occiso uiri domaro duce Isubrũ apud clastidiũ tertia opima spolia Ioui feretrio rettulit:ut Romulus instituerat:cæso Acrone duce cecinẽsiũ: scda rettulit Cornelius Cossus Ceso larte colũnio. Collegã habebat Marcellus Scipionẽ:& cũ iprudẽs in manus Gallorũ icidisset:oiaq; Ifesta uidisset:nec euadẽdi spes daret̃:in medios hostes erecto aio irrupit qbus inopinata audacia pcussis:ducẽ eorũ occidit:atq; inde ubi spes salutis nõ fuerat opima spolia rettulit:& Mediolanũ cũ collega expugnauit. Marcellus prim⁹ romani nois Hannibalẽ pluribus uictoriis elatũ. & Italiã deuastantẽ apud Nolã fudere coegit. Syracusas urbẽ Syciliæ clarissimã expugnauit. Inde in Apulia prope Canusiũ in quodã colle Isidiis circũuẽtus cecidit:cui⁹ mors Hãnibali maxio gaudio fuit. De morte Marcelli & uulnere Crispini collegæ:qui euasit:& filio Marcello dixi abũde in cõmẽtarius Sylii. Marcellus a Marte cognominat⁹ est quasi marcellus. Innumerabiles alii romani. s.duces & clarissimi iperatores ac fortitudinis pconio digni:quorũ tãta copia apud romanos fuit:ut numerari uix possent. Maxie aũ oĩs alios populos & nationes. Romani eni fortitudine & magnitudine ai oĩs gẽtes superarunt:qd exitus docuit. fortit̃ qppe pugnãdo maximã orbis partẽ legibus suis parere coegerũt:& militia dicebat̃ ars romana:& agere ac pati fortia romanorũ erat:in reb⁹ aduersis aios nunq̃ demittebãt:imo ipsi erigebant̃:& ad decorũ prãstãdũ promptissimi erãt. Vnde Hannibal cũ uidisset romanos cæsos apud trasimenũ suantes adhuc in morte ferociã:& hastas tenẽtes & enses. Quas mortes inqt:præmit oĩs dextera ferrum. Armatusq; iacet seruãs certamina miles. Hos en hos obitus nostræ spectate cohortes Fronte minæ durant & stant in uultib⁹ iræ. Et uereor ne quæ tãta creat indole tellus Magnanimos fœcũda uiros huic fata dicarint Imperiũ:atq; ipsis deuincant cælibus orbẽ. Et pyrrhus Leuino consule superato:cũ stragẽ recẽseret: uidens romanos aduerso uulnere:& truci uultu ẽt mortuos iacere sublaris ad cœlũ manibus dixit:se totius orbis dominũ eẽ potuisse:si tales sibi milites cõtigissent:& Syllius alloquẽs Romã post pugnã ad cãnas mœstã:& q̃si desperãtẽ dicit. Tuq; anxia fati. Pone pcor lachrymas & adora uulnera laudes Perpetuas pitura tibi:nã tpe Roma Nullo maior eris:mox sic hr̃e secũdis. Vt sola cladi tuearis Noia fama. ⁋ Excellit: illustrior est cæteris gẽtib⁹. ⁋ Ai magnitudie. aio elato humanasq; res:& oĩa terribilia despiciẽte. ⁋ Declarat̃ aũt studiũ:hoc argumẽtũ inqt ostenditur romanos bellica laude claruisse:quoniam

Strabo

Plato

Marcellus

studium bellicæ gloriæ:q₃ statuas quoq₃ uidemus ornatu fere militari.

¶ De animi elatione quæ uitio datur: & audacia pōt appellari.

se Ci.& oñdit Milonē nō errasse in opprimēdo Clodio ꝓ salute ipsi⁹ Ciceronis:q Clodio ciui turbulētissimo
aduersabat̄ Clodius auctore Plutar.Ciceronē ab exilio reuocatū armata manu occidere uoluit:& in domū ipe
Plutar. tu facto redēptoribus fugatis lapides & colūnas disiecit. Tandē inualescēte in dies Clodii in Ciceronē furore:
de Clo. Clodius p̄turā petiit ad oia pturbāda:tādē a milone iterfectus est.Nec abfuit suspitio inqt Plutar.Ciceronē ei⁹
cædis auctorē suasorēq̄ fuisse.Erat Clodius uir tū nobili genere ortus tū diuitiis eloquētiaq̄ p̄clarus:nulli autē
Plyni. uulgarissimorū ad fastidiū usq̄ hoium supbia & ꝓcacitate secūdus.Ply.Milonē notat dicēs. Itaq̄ & ipsum mi
lonē sestertia septingēta milia æris alieni debuisse iter ꝓdigia humani aī duco.¶ Cā igit̄:cōcludit oñdens qua cā
ducti largitiōe uti debemus:cū.s.aut necesse est:aut utile:& in utroq̄ mediocritas seruā est.¶ His ipis largitio
nib⁹ quæ fiūt aut necessitatis aut utilitatis cā.L.qdē Pphilippus:dānauit supra tales largitiōes:qbus hoies ad
maiorē dignitatē cupiūt puenire.Nūc affert.L.Philippū & cottā curionē:q gl̄iabant̄ se consulatū adeptos sine
mūere ædilitatis:ut oñdat hāc eē laudabiliorē uiā ad āplissimos honores:qm ad qd̄ uirtute parari debet turpe
est si pecūia & pplari ambitiōe parat̄:& hoc dicit:ut se ēt laudet q ad cōsulatū hō nouus puenit:q̄uis exiguos sū
ptus in sua ædilitate fecisset.¶ Clarus multi nois:qm̄ fuit eloquēs & magno īgenio p̄dit⁹.Idē qd̄.L. Philippus
& cotta Curio. Quodāmō:hoc dicit ut deuitet arrogantiā:& ut simul oñdat se aliquos sumptus in sua ædilitate
fecisse:sed ꝓ amplitudine honorū quos adeptus est oīb⁹ suffragātib⁹:nulli quodāmō fuerūt:& sic oñdit se no
uū hoiem nō largitiōib⁹ sed ꝓpria uirtute anno suo.i.cū primū petere licuit post p̄turā puenisse ad consulatū.
Vñ Ply.ait in.vii.Cōsulatus tm̄ opibus electus:& nomē ciceronis & splēdor cōsulē fecisse Ciceronē filiū īperā
Plyni. te Augusto.Iō dicit Sene.Ciceronē filiū quæ res cōsulē fecit nisi pater?¶ Amplitudīe honorē:cōsulat⁹ q erat
Seneca honor per se amplus.¶ Nostro anno:statim post p̄turā:tūc enī licebat petere cōsulatū:gloriat̄ Ci.se finita p̄tu
ra creatū fuisse cōsulē qd̄ nō cōtigerat illis:quos supra noiauit:q̄uis nō essent noui hoies:ut erat Ci.q de sui cō
sulatus electiōe in orōne ꝓ lege Agraria apud Quirites cōtra.P.Rullū tribunū plebs ita scripsit. Neq̄ me tm̄
modo cōsulē qd̄ est ipsum ꝓ sese amplissimū:sed ita fecistis quō pauci nobiles in hac ciuitate facti sunt. Nouus
añ me nemo. Non ꝑfecto si recordari uolueritis de nouis hoib⁹.reperietis eos qui sine repulsa cōsules facti sūt:
diuturno labore atq̄ aliqua occasiōe cōsules esse factos:cū multis annis post petissent q̄ p̄tores fuissent:aliquā
to serius q̄ per ætatē ac per legē liceret:qui aūt anno suo petierint sine repulsa nō esse factos:me eē unū ex oibus
nouis hoibus.de qbus meminisse possumus:q cōsulatū petierim cū primū licitū sit:cōsul factus sim cū primū
petierim ut uester honor ad mei tpis diē petitus nō ad aliene petitiōis occasionē iterceptus nec diuturnis præ
cibus afflagitatus sed dignitate ipetratus esse uideat̄.Est illud amplissimū qd̄ pauloante cōmemoraui qrites:
quod hoc honore primū me ex nouis hoibus multis posthabitis affecistis:q prima petitione:q anno meo.sed
tñ magnificentius atq̄ ornatius esse illo nihil potest:q meis comitiis nō tabellam indicem libertatis:sed uocē
unā præ nobis indicē uestrū erga me uolūtatū ac studiorū:tulistis itaq̄ me non extrema tribus suffragiorū:sed
primi illi uestri concursus:neq̄ singulæ uoces præconū:sed una uoce uniuersus populus romanus consulē de
clarauit.Ideo in hoc loco dicit:quos cūctis suffragiis adepti sumus.¶ Anno nr̄o:post præturā cū primū petere

licuit cõsulatũ:erat eñi præfinitum tp̃s:quo petere licebat:dixi enim supra Syllam dictatorẽ uoluisse:ut nõ liceret petere cõsulatũ:nisi post præturã:& tũc annus suus dicebaẽ:ab eo qui i toga cãdida magistratũ petebat. Noui homines ante Ciceronẽ assequi nõ potuerũt cõsulatũ anno suo:sed opus fuit expectare. Vnde in eadem oratione Cicero ait:cũ Marius a spe cõsulatus longe abesset:& septimũ annum post præturam iaceret. Ideo in hoc gloriatur Cic. qm̃ primus ex nouis hoĩbus anno suo amplissimos honores adeptus est. Et in orõne pro Milone dicit. P. Clodius cũ statuisset omni scelere in prætura uexare remp. uideretq̃ ita tractata esse comitia anno superiore:ut nõ multos menses p̃turã regere posset:qui nõ honoris gradũ expectaret ut cæteri sed ut:&. L. Paulũ collegam effugeret singulari uirtute ciuẽ:& annũ integrũ ad dilacerandũ rẽp. q̃reret subito reliq̃t annũ suũ:seq̃ in annũ proximũ trãstulit. Prius petebaẽ q̃stura: inde ædilitas:postea p̃tura:demũ cõsulatus. Censores erãt & ante cõsulatum & post in Bruto sic ait. Itaq̃ cũ iam pene euanuisset Hortẽsius & ego anno meo:sexto añt post illum cõsulẽ cõsul factus essem:reuocare: sed ad industriã cœperit. ¶ Quod contigit memini:ut. s. ãno suo cunctis suffragiis adipisceretẽ. ¶ Exiguus sumptus ædilitatis fuit: Ci. cũ eẽt in plurimis causis uersatus:& in patrocinio Siciliẽsi maxime i certame uenisset. designatus est ædilis: ut ipse dicit in Bruto:cum designato consule Hortensio:& ut ipse testis est in oratione pro. L. Murena. tris ludos i sua ædilitate fecit. qui nã

quod cõtigit eorũ nemini:quos nõ noĩaui:saxe exiguus sũptus ædilitatis fuit. Atq̃ ẽt illæ ĩpẽsæ meliores sũt:muri:naualia:portus:aq̃rũ duct⁹:oĩaq̃ quæ ad usũ reip. p̃tinẽt. Quamq̃ quod p̃sens tanq̃ in manu datur iucũdius est:tñ hæc in posterum gratiora sunt theatra:porticus:noua tẽpla. Verecũdius rep̃hẽdo pp Põpeiũ. Sed doctissimi nõ probant: ut & hic ipse Panætius:quẽ multũ in his libris secut⁹ sũ:nõ iterpretatus:& Phalerius Demetrius:qui periclem principẽ græciæ uituperabat:q̃ tãtã pecuniã in præclara illa p̄pylea proiecit. Sed de hoc genere toto in his libris:quos de republica scripsi diligẽter est disputatũ. Tota igiẽ rõ taliũ largitionum

ludi fuerint:in ultima actione in Verrẽ aperit dicẽs:post quæsturã sum designatus ædilis: habeo rõnem quid a Po. Romano acceperim. Mihi ludos sanctissimos maxima cũ cerimõia Cereri. Libero:liberæq̃ faciendos. Mihi floram matrẽ populi plebisq̃ romanæ ludorũ celebritate placãdã. Mihi ludos antiquissimos:qui primi romani sunt noĩati:maxima cũ dignitate:ac religiõe Ioui Iunoni Mineruæ eẽ faciẽdos. Mihi sacrarũ ædiliũ p̄curationẽ mihi totã urbẽ tuendã eẽ cõmissam:ob earũ rerũ laborẽ & solicitudinẽ fructus illos datos:antiquiorẽ in senatu sñiæ dicẽdæ locũ:togã prætextã:sellã curulẽ:ius imaginis ad memoriã posteritatẽq̃ producendã. His ludis maxime populus delectabaẽ:& qui nõnullis ad amplissimos honores cõsequẽdos suffragati sunt. Vnde in oratiõe pro Murena ambitus accusato respondẽs Seruio Sulpitio ait. Nõ esse mirãdũ in petitione cõsulatus ludorũ magnificẽtiã. L. Murenæ apud populũ profuisse:delectãt inquit hoĩes mihi crede ludi:etiã illos qui dissimulãt:nõ solũ eos qui fatẽtur:qđ ego in mea petitione sensi. Nã nos quoq̃ habuimus Scænã cõpetricẽ:qđ si ego: qui tres ludos ædilis fecerã:tñ Antonii ludis cõmouebat:tibi qui casu nullos feceras:nihil huius istã ipsam:quã irrides argẽteã Scænã aduersatã putas. Noli ludorũ huius elegãtiã: & scænæ magnificẽtiã ualde cõtẽnere: quæ huic ad modũ profuerũt. Odit inquit populus Ro. priuatã luxuriam:& publicã magnificẽtiã diligit. Diuus Augustinus in. ii. de ciuitate dei Ciceronẽ his ludis sese efferẽtẽ sic taxat. Vir grauis & philosophaster Tullius clamat in auribus ciuitatis inter cætera sui magistratus officia sibi florã matrẽ ludorũ celebritate placãdã: qui ludi tãto deuotius q̃ñ turpius celebrari solẽt. ¶ Atq̃ etiã:nunc dicit quæ impensæ magis laudabiles sint in ipsa repu. ¶ Muri sunt urbium:parietes autẽ domorũ. ¶ Naualia:sunt loca in quibus fiunt naues & cõseruãtur antequã in aquam deducãtur. ¶ Iucũdius:q̃ sint ædificia publica: magis inquit gaudet populus epulo:uisceratione:ludis:tñ illa sũt præstãtiora. qm̃ sunt diuturniora & maioris famæ. ¶ Hæc:naualia portus & alia ædificia ad usum communem. ¶ Propter Põpeiũ:qui in secundo consulatu ut dictũ est: gymnasia theatrũq̃ erexit:cuius dimẽsionẽ ex theatro quod erat Mitylenis attulit. ¶ Verecundius:inquit talia rep̃hendo:ne uidear insectari Pompeiũ amicũ meum: qui in his sine aliqua supputatione pecuniarũ profusus fuit. ¶ Principẽ:primũ inter græcos noĩs celebritate ac fama eloqui. ¶ Præclara propylea:uestibula templi Mineruæ apud Athenas:propyleum græce latine diciẽ uestibulũ. Plutar. ait in uita periclis. Arcis uestibula quinquẽnio ædificata sunt Mnesicle Architecto: fortuna ãt admirabilis quæ circa eam fabricã euenit:indicauit nunq̃ defuturã eam:sed adiumento operi semper futuram. Nunq̃ unus ex fabris diligẽtissimus cum ex alto decidisset. & medici de salute iam desperassent: dea per quietẽ Pericli ostendit remedio:& sic ille liberat⁹ est & salubri Palladi in arce positũ est signũ quod phidias effinxit. Cũ aũt Thucydides diceret Periclem ædificãdo nimias pecunias effundere. Pericles populũ in concione rogauit: nũquid uideretur nimiũ impendisse:quo respõdentẽ nimiũ:sint igitur hæc nõ nobis inquit impensa: sed mihi: & ipsis donis meum tãtũ nomẽ inscribã. Hoc dicẽte Pericle siue admirati eius animi magnitudinẽ:siue de operũ gloria certarent athenienses reclamarũt iubentes ut publice sumptus faceret. nec ulli parceret ipensæ: de Phalereo Demetrio dictũ iam. ¶ Præclara:summi noĩs & celebritatis. ¶ Proiecit: effudit. ¶ De hoc genere toto: de publicis ædificiis muneribus ludis & similibus. ¶ Libris de rep. quos in suo cõsulatu elucubrauit:sex fuerũt:qñ q̃ desiderãtur:sextum habemus:qui inscribiẽ de somno Scipionis. ¶ Tota igiẽ:concludit tales largitiones toto genere uitiosas esse:sed aliqua tẽpora incidere:quibus necessariæ sunt:cũ. s. fugimus auaritiæ suspitionem:cum necessitati subueniẽ:& tandẽ cum ipsa largitio non oĩno ad malum finem tendit. ¶ Toto genere:oĩno & per se.

Augustinus

Naualia

Propyleum

Plutar.

¶ Temporibus:temporum conditione potest esse non uitiosa sed laudabilis: & sic uti largitione interdum erit officium a circũstantia. ¶ Accommodanda:pro ratione facultatum facienda & moderanda.

Nillo aũt. Postq̃ de largitione quæ a ꝓdigalitate ꝓficiscit̃ differuit: trãsit ad aliud genus quod a libe
i ralitate manat: docetq̧ quõ tali liberalitate utẽdũ sit. Supra dixit duo genera esse largorũ: quorũ alteri prodigi alteri liberales dicũtur. Postq̃ de prodigiis dixit: dicit de liberalibus: qui ut dicebat suis facultatibus aut captos a prædonibus redimũt: aut æs alienũ suscipiũt. ¶ Affecti: dispositi in causis dissimilibus. ¶ Alia cã est: docet quõ affecti eẽ debemus cũ alia cã sit eius qui in calamitate uersatus & ei⁹ qui adiuuari cupit: cũ ad summos tendat honores sine aliqua aduersitate: & docet nos debere ꝓpensiores esse in calamitosos nisi fuerint calamitate digni. ¶ Res meliores: maiores dignitates & opes. ¶ Benignitas: liberalitas magnificentia. ¶ In his tñ: q̃uis inq̃t in illos ꝓpensiores eẽ debeamus: tñ nullo mõ deserendi sunt: qui altiorẽ dignitatis gradum ascẽdere cupiunt. ¶ Sed in diligendis idoneis: præcipit diligenter iudicandũ esse an alii qui fauorem cupiũt digni sint: qm̃ aliter esset cõtra prudentiam: quod probat Ennii sentẽtia. ¶ Male locata: collocata indignis & minime idoneis: hic est uersus Ennii ex tragœdia: & publius poeta Mimorũ dixit. Beneficium dãdo accepit: qui digno dedit. ¶ Quod aũt: ponit nũc contrarium. ¶ In eo: quod bono uiro tributũ est. ¶ In ipso: bono uiro. ¶ Ex cæteris: q laudãt liberalitatẽ quæ prudenter fit: & liberalitas ab omnibus laudatur remota imprudentia: qm̃ dandũ est ut oportet. ¶ Danda igit̃ opera est: præcipit quib⁹ beneficiis alios afficere debeamus ut memoria remaneat apud posteros: & illis nõ liceat esse ingratis. ¶ Prodeat̃: propagetur: diffundatur: ut aliquos ui oppssos: defendere docere: ꝓdia donare merẽtibus ad honores euehere: & similia quorũ memoria trãsit ad posteros: & sine odio aliorũ ingrati esse non possunt. ¶ Nõ liceat eẽ ingratis: sic loquimur mihi liceat esse bono tibi licet esse discreto. ¶ Deterrẽda: amouẽda & impediẽda: cum utatur ingratitudine. Ita dicimus deterrui te a scribẽdo. i. effici: ut nõ scriberes: deterreo liberalitatẽ efficio: ut q̧s non sit liberalis: qui ergo est imemor beneficii: deterret liberalitatẽ. ¶ Hostẽ: inimicũ: qm̃ est igratus & illiberalis. ¶ Tenuiorũ: pauperũ: qui indigẽt aliorum liberalitate. ¶ Atq̧ hæc benignitas: ostẽdit hãc liberalitatẽ usui esse reip. cũ redimũtur captiui & pauperes locupletãtur. ¶ Ab ordine nr̃o ab auguribus: qm̃ Cicero erat ex ordine augurũ. Cicero post Crassi interitũ augur creatur in Ciliciã proconsul missus est: qui eam prouinciam armis & iustitia seruauit: collegium augurũ erat in maxima ueneratione apud antiquos. ¶ Crassi: in cuius locũ Cicero subrogatus fuit. ¶ Hãc ergo cõsuetudinẽ: cõcludẽs præponit hãc liberalitatẽ largitionibus & muneribus eorũ: quos ꝓdigos appellauit. ¶ Munerũ: spectaculorũ captãdã multitudinẽ. ¶ Grauiũ: prudẽtũ: hæc inquit a grauibus hoĩbus solet exerceri: illa autẽ a leuissimis: qui aurã popularẽ captãt. ¶ Illa: largitio: quæ fit ad captãdos populi fauores. ¶ Titillãtiũ: mouẽtiũ. Titillare est illas ptes corporis tãgere: quæ tactæ mouẽt quãdã uoluptatẽ: ut tãge
Titillo re subalis: ergo qui largitiõe utũtur q̃si titillãt uoluptatẽ multitudinis: qm̃ deliniunt: ipsam oblectãt & capiunt tali largitione ac munere. ¶ Cõuenit aũt: nũc præcipit & dãdo & exigẽdo qd agẽdũ sit: & conueniat. ¶ Nõ acerbum: non asperum: & nimis molestum. ¶ Re contrahenda: in omni contractu. ¶ Confinis: hoc confiniũ dicit̃.

gñe uitiosa est tpib⁹ necessaria: & tñ ipa & ad facultates accõmodãda: & mediocritate moderãda est.

¶ Alterũ gen⁹ largiẽdi qd' a liberalitate ꝓficiscit̃.

Nillo aũt altero genere largiẽdi: quod a li-
i beralitate proficiscitur: nõ uno modo in dis-
paribus causis affecti esse debemus. Alia cã est eius qui calamitate præmitur & eius qui res meliores quærit nullis suis rebus aduersis. Propẽsior benignitas esse debebit in calamitosos: nisi forte erũt digni calamitate. In his tñ qui se adiuuari uolent: non ut ne affligãtur: sed ut altiorẽ gradũ ascendant: ac restricti aĩo nullo mõ esse debemus: sed in deligẽdis idoneis iudiciũ & diligẽtiã adhibere. Nã præclare Ennius benefacta male locata male facta arbitror. Quod autem tributum est bono uiro & grato in eo: tum in ipso fructus est: cũ etiã ex cæteris. Temeritate enim remota gratissima est liberalitas: eoq̧ eam studiosius plærique laudant: qd' summi cuiusq̧ bonitas cõe perfugiũ est oium. Dãda igit̃ opa est: ut his beneficiis q̃ plurimos afficiam⁹ quorum liberis posterisq̧ ꝓdeatur memoria: ut his ingratis eẽ nõ liceat. Oẽs eni imemores bñficii oderũt: eãq̧ iniuriã in deterrẽda liberalitate sibi ẽt fieri eumq̧ qui facit cõem hostem tenuiorũ putãt. Atq̧ hæc benignitas ẽt reipu. utilis est redimi e seruitute captos: locupletari tenuiores: qd' quidẽ uulgo solitũ fieri ab ordine nr̃o in orone Crassi scriptum copiose uidemus. Hãc ergo cõsuetudinem benignitatis largitiõi munerũ antepono. Hæc est eni grauiũ hoium atq̧ magnorũ: illa quasi assentatorũ populi multitudinis leuitatẽ & uoluptatẽ quasi titulantiũ: cõuenit aũt tum in dãdo munificũ esse: tũ in exigẽdo nõ acerbũ. In oiq̧ re cõtrahẽda uẽdẽdo: emẽdo cõducendo: locando: in uicinitatibus & confiniis æquũ & facilẽ multã multis de iure suo cõcedẽtẽ. A litib⁹ uero q̃tũ liceat: & nescio an paulo plus ẽt:

¶De suo iure: de eo qd' iure ad se ptinet. ¶Abhorrentē: alienū a litigiis quoad fieri pōt: & potius est aliquid de suo cōcedēdū q̄ litigādū. ¶Habēda aūt est rō: ne aliqui pcepto Ciceronis ducti' a litibus abhorrendo rē suā cōsumi & labi sinerēt: monet habēdā eē curā rei familiaris: nec pmittēdū ut male dilabat': qd' maxime decet. ¶Flagitiosum: malū sceleratū: & ptinēs ad ignauū hoiem. ¶Sed ut illeberalitatis: monet ita esse habendā rōnem rei familiaris: ut nō uideamus illiberales aut auari. ¶Posse enī: ratio quare suspitio auaritiæ pellēda est. qm̄ ille est pecuniæ fructus: cū quis moderate utit' liberalitate: ut se pr̄imonio nō spoliet. ¶Recte ēt: laudat sniam Theophrasti: qui hospitalitatē laudauit. quæ est q̄dā dispositio & liberalitas erga hospites. i. amicos externos. ¶A Theophrasto: q de diuitiis librū unū scripsit: in quo laudauit hospitalitatē. ¶Valde decorū: pulchrū & gloriosum. ¶Illustriū: clarorū uirorū & principū ciuitatis. ¶Illustribus: claris amicis externis. Hāc sniam Lactātius reprobat: sed ipse loquitur ut Christianus. Cice. aūt ut gentilis p̄hus. & ideo iusta repræhēsione caret. ¶Honeste: cum laude uirtutis. ¶Cimonē: Cimon filius fuit Milciadis & Hegesipyles filiæ Olori regis Thraciæ Milciades. l. talētis dānatus in uinculis periit. Cimone & sorore Elpinica supstitibus. Cimon spoliis bellicis locupletatus agrorū sæpe amouit: ut oēs ad fructus legēdos accedere possent: ex tribu laciadarū fuit Milciades: in quos summā hospitalitatē Cimon exercuit. Parabatur inqt Plutar. in uita Cimonis: ingēs domi cōuiuiū: eo pauperes quicūq; uellēt libere cōuenientes educationē inde per ociū sibi uendicabant: ut rebus tm̄ urbanis intēderent. Cæterū Aristoteles nō oībus atheniēsibus datū esse: sed ex laciadibus' contribulibus suis cuilibet licuisse accedere tradit. ¶Comitabant' præterea Cimonē quidā familiares hi pulchra ueste indutis mādatū erat ut si quis grādior natu sordide ob inopiam indutus cum Cimone forte loqueretur: uestē cum eo permutarēt. Visum est hoc magnificētiæ genus plurimū in se maiestatis habere: & nūmos etiā illi copiose ferebant: ut si quē in foro indigna pressum ægestate conspicerent: q̄ proxime accedentes pecuniam illi clam in manibus deponerēt. ¶Curiales: cōtribules: Formā ciuilē Romulus hoc mō instituit diuisa omni multitudine trifariā singulis partibus duces singulos pfecit: tribusq; eas appellauit: diuisitq; rursus ipsas tribus in denas æquales partes: uocauitq; eas curias: illisq; etiam duces singulos pfecit: duces tribuum tribunos: curiarū uero curiones nominauit. Inde curiales sunt: qui & tribules & contribules ex eadē tribu siue curia: hæc ex Dionysio Alicarnasseo. Pomponius autem lib. i. digesto. de origine iuris dicit Romulū in. xxx. partes diuisisse populū: quas curias appellauit: proptereaq; tunc reip. curam per sententias partium earum expediebat: ut dictum est in primo uolumine.

Cimon

Plutar.

Pōponius

quā liceat abhorrētē. Est enim nō mō liberale paulū nonnūq̄ de suo iure decidere: sed interdū ēt fructuosum. Habēda aūt est ratio rei familiaris: quam quidē delabi sinere flagitiosum est: sed ita ut illiberalitatis auaritiæq; absit suspitio: posse enī liberalitate uti: nō spoliātē se patrimonio: nimirū est pecuniæ fructus maximus. Recte etiā a Theophrasto ē laudata hospitalitas. Est eni ut mihi uidet' ualde decorū: patere domos hoium illustriū illustribus hospitibus. Idq; ēt reip. est ornamēto hoies externos hoc liberalitatis genere in urbe nr̄a nō egere. Est ēt uehemēter utile is: qui honeste posse multa uolūt p hospites apud externos populos ualere opib' & gr̄a: Theophrastus scribit quidē Cimonē Athenis ēt in suos curiales Laciadas hospitalē fuisse. Ita enī dicit' istituisse: & uillicis iperauisse: ut oia præberentur quicunq; Laciades in uillā suam diuertisset.

¶Alterum genus liberalitatis quod opera pstat'.

q Væ aūt opera non largitione beneficia dantur hæc tum in uniuersam rēp. tum in singulos ciues cōferūtur. Nā in iure cauere: consilio iuuare: atq; hoc sciæ genere pdesse q̄plurimis uehemenrer: & ad opes augēdas ptinet & ad gratiam. Itaq; cum multa præclara maiorū: tum q̄ optime cōstituti iuris ciuilis sūmo semper in honore fuit cognitio atq; interptatio: quā quidē ante hāc cōfusionē tēporū in possessione sua pricipes retinue

q Væ aūt opera. Supra posuit duplicē rōnem liberalitatis: quarū altera in pecunia consistit: altera in opa atq; industria. Postq̄ de liberalitate pecuniaria disseruit: trāsit ad alterā: quæ opa fit. Et est duplex qm̄ interdū cōfert' in uniuersam rēp. interdū in singulos. & ondit pdesse alicui in iure ciuili accōmodatissimū esse ad hoies bn̄ficiis astringēdos: ide ponit eloquētiā quæ est gratior & ornatior. ¶Opa: labore & industria. ¶In iure cauere: uitare incōmoda & deceptiōes in iure litibusq;: multi eni ius amittūt suum ignorātia iuris: aut pcuratorū causidicorūq; inscitia. ¶Opes augēdas: potētiā & auctoritatē gr̄amq; multitudinis: cui: hæc opera præstatur. ¶Gratiā: beniuolentiā. Iurisc̄ōsultus inqt: fauens aliis in cā maximā cōsequitur auctoritatem & gratiosus apud oīs efficitur: quibus opera sua pdest: & cognitio iuris ciuilis in sūmo honore semper fuit & ēt interpretatio. ¶Quā: cognitionē & interpretationē iuris. ¶Ante hanc cōfusionē tēporū. Dānat Cæsaris tyrannidē & bella ciuilia. qbus sæuiētibus iura oppressa erāt & oia cōfusa. ¶Pricipes: primi in ciuitate ut familia aliquorū Mutiorū: quorū tanq̄ hæreditarium erat ius ciuile & aliorū quos supra noiaui: qui ciuitatis principes erant: & iuris ciuilis scientiam tanq̄ possessionem a maioribus relictam habebant: quæ omnibus erepta fuit propter tyrannidem & iuris oppressionem. Et sic Cicero deplorat calamitatem suorum temporum: & ius ciuile amissum esse dolet idq; eo indignius fert. q talia acciderunt tempore Cæsaris qui omni scientia ui-

runt. Nũc ut honores: ut omnis dignitatis gradus: sic huius scientiæ splendor deletus est. Idq; eo idignius qđ eo tpe hoc cõtigit cũ is eẽt cõsul q oẽs superiores: qbus honore par esset scia facile uicisset. Hæc igit̃ opa grata mltis: & ad bñficiis astrigẽdos hoies accõmodata: Atq; huic arti finitima ẽ dicẽdi grauior facultas & gratior & ornatior. Quid enĩ eloquẽtia laudabilius: & pstabilius: uel admiratiõe audiẽtiũ: uel spe idigẽtiũ: uel eoꝝ q defensi sũt grã? Huic quoq; ergo a maioribus nr̃is ẽ in tota dignitate principatus datus. Diserti igit̃ hois & facile laborãtis quodq; in patriis est moribus: multoꝝ causas & nõ grauate: sed gratuito defendẽtis: beneficia & patrocinia late patẽt. Admõebat me res: ut hoc quoq; loco intermissionẽ eloquẽtiæ: ne dicam interitũ deplorarẽ: ni uererer: ne de meipso aliqd uiderer queri. Sed tñ uidemus: quibus extictis oratoribus: q̃ in paucis spes: q̃ in paucioribus facultas: q̃ in multis sit audacia. Cum aũt omnes non possint: ne multi quidem: aut iurisperiti esse: aut diserti licet tamẽ opera prodesse multis beneficia petentẽ

Sueto. gebat & ius ciuile uidebaẽ diligere. Sueto. ait. Ius ciuile ad certũ modũ redigere statuit atq; ex imẽsa diffusaq; legũ copia optima quæq; & necessaria in paucissimos cõferre libros. ⁋ Eo idignius: maiore ai in dignitate ferẽdũ. ⁋ Cũ is esset. Cæsar dictator. ⁋ Sciẽtia: omni genere doctrinæ. ⁋ Hæc igr̃ opa: cõcludit de opa iuris ciuilis: & trãsit ad eloquẽtiã quã laudibus effert & merito. ⁋ Grauior: maioris dignitatis quãtũ ad põdus terũ & sentẽtiarũ. ⁋ Oratoris uis est & officium posse de oi re quæcũq; ꝓposita sit: apte & copiose dicere. ⁋ Gratior: q̃ sit ius ciuile.
Iuuena. ⁋ Ornatior: maioris ornamẽti & dignitatis. ⁋ Admiratione audientiũ: qm̃ eloquẽtẽ & prudẽtẽ oẽs admiranẽ. Vnde Iuue. de Demosthene ait. Quẽ mirabãtur Athenæ Torrentẽ & pleni moderantem fræna Theatri. Et Ciceronẽ orãtẽ oẽs suspiciebãt. ⁋ Indigẽtiũ: eorũ q idigẽt patrocinio eloquẽtis: ut in iudicio defendantur. ⁋ Grã: beniuolẽtia eorũ qui defensi sunt: & patronũ magna grã ꝑsequũtur. ⁋ Huic quoq;: quẽadmodũ iuri ciuili. ⁋ In tota: in oi parte dignitatis. ⁋ In patriis est moribus. Romanis institutis: qm̃ apud antiquos pr̃oni agebãt cãm clientis opa gratuita: & Cice. ex patrociniis auctore Plutarcho mercedẽ nõ accepit. Munera a Siculis ingẽtia magnificaq; ultro delata cõstãtissime rẽnuit: eo dũtaxat cõtẽtus ut ædilitatẽ suã trãsmissione frumẽtaria nec illa qdẽ gratuita
Disertꝰ adiuuarẽt. ⁋ Diserti: a dissẽrẽdo dr̃ auctore Fe
Fabius sto & disertus est ille q dicit ea q̃ oportet. Fabius li. viii. sic scribit. M. Antonius ait: A se disertos uisos eẽ multos: eloquẽtẽ aũt neminẽ: disertos satis putat dicere quæ oporteat: ornate aũt dicere ꝓprũ esse eloquẽtissimi. Ideo Cicero diserti dixit: qm̃ nõ loqtur de eloquentissimo: sed mediocri oratore & patrono cãrũ disertos. ⁋ Facile: laborãtis: qui facile suscipit labores ꝑ aliis in iudicio defendẽdis. ⁋ Nõ grauate: nõ moleste: aut ꝑꝑ pecuniã: sed gratuito is dr̃ aliquid grauate facere: qui molesto aio & inuito facit. Plynius in principio. xxvii. uoluminis sic scribit. Crescit apud me certe tractatu ipso admiratio antiquitatis: q̃toq; maior copia herbarũ dicẽda restat. tãto magis adorare priscorũ in inueniẽdo curã: in tradẽdo benignitatẽ subit. ⁋ Admonebat me res: de qua loquor & status præsens. Ne de sua fortuna Cicero quæri uidereẽ: noluit itermissionẽ eloquẽtiæ deplorare: sed utitur occupatiõe. Cũ enim dicit se nolle deplorare: maxime deplorat: & tpa dãnat sua. ⁋ Hoc quoq; loco: quẽadmodũ feci de iure ciuili. ⁋ Ne dicam interitũ: noluit dicere Cic. eloquẽtiã periisse: sed fuisse itermissam. ⁋ Quibus: quã clarissimis oratoribus: ut prius fuerat. L. Crassus. M. Antonius: Cæsar. L. filius Hortẽsius Cotta: & nõnulli alii: qui in foro Clarueꝛat Hortẽsius i actione pene supabat Cic. & adolescẽs magis dicẽdo floruit q̃ senex. De quo Cice. in Bruto. Hortẽsius a Grasso cõsule & Scæuola usq; ad Paulũ & Marcellũ cõsules floruit. Nos iquit in eodẽ cursu fuimus a sylla dictatore usq; ad eosdẽ fere cõsules. Sic. Qu. Hortẽsii uox extrincta suo facto est: nostra publico. Nos aũt brute ingt: qm̃ post Hortẽsii clarissimi oratoris mortẽ orbæ eloquẽtiæ quasi tutores relicti sumus: domi teneamus ea septã liberali custodia: & hos ignotos atq; ipudẽtes ꝓcos repudiemus tueamurq; ut adultã uirginem caste ab armatorũ impetu quãtũ possumus ꝓhibeamus. ⁋ In paucis: qm̃ pauci superant oratores: & hi qui erant nõ habebant facultatẽ. i. potẽtiã dicẽdi. qm̃ extinctus erat senatus. ⁋ Deleta iudicia: & causæ forẽses cõticuerãt: & hoc Cicero ꝑꝑ se dicit: qui prius in foro regnauerat & eius uocis tota urbs theatrũ fuerat: nũc aũt fugiebat cõspectũ sceleratorũ: quibus oĩa redũdabãt. Vnde miror illum in tãtis malis hoc opus tam breui tpe elucubrare potuisse: qm̃ scripsit post necem Cæsaris: sed beatissima ingenii ubertas: & philosophicũ pectus oĩa superabat. ⁋ Spes: pauci inquit sunt: de quibus sperare licet q; futuri sint clari oratores. ⁋ Facultas: potẽtia orãdi causas. ⁋ Audacia: multi inquit audẽt hoc genus dicẽdi tractare sed id quod audẽt præstare ut decet nõ possunt: superabat ipse Cicero eloquentiæ fons: qui tñ cessabat culpa tẽporũ quibus oĩa turbata erant & cõfusa. ⁋ Cũ autẽ oẽs: dixit supra hoies ꝓdesse posse iure ciuili & eloquẽtia: sed qa nõ oẽs possunt calere ius ciuile: aut esse diserti: dicit nunc Cicero tales hoies posse ẽt prodesse opera: cum. s. beneficia pro aliis petũt: cõmendant iudicibus reos: & uigilãt pro re alterius: & rogãt eos qui defendũt aut cõsulũt: ut sint in cã diligẽtes & sic cũ ipsi non possint eorũ causas agere: orant alios ut eis adsint: & sic officio bonorum uiroꝝ fungũtur. ⁋ Ne multi quidem: quoniam paucis datum est ut optime jus calleant & diserti sint. ⁋ Opera: labore & industria. ⁋ Licet tamen prodesse: ordo est: licet hoc scilicem hominem petentem beneficia: commendantem iudicibus aliquem uigilantem & rogantem alios: ut licet inquam talem hominem ita facientem opera sua prodesse multis. ⁋ Licet petentem prodesse: ille potest aliis prodesse

qui beneficia pro ipsis petit & cōmēdat iudicibus cām reorum. ¶ Latissime manat: ad multos iuuādos extendit eorū industria: qua gratiā aliorū demerent & amicos. ¶ Iam illud: utitur occupatione mouens neminem eē lædendū: dum alicui prodesse cupimus. ¶ Non expēdit: nō est utile. ¶ Si imprudentes lædūt: negligētiæ ascribendū est: si scientes. Temeritati: quæ est inimica prudentiæ. ¶ Certis operis: quibusdam laboribus: & quadā industria compensare id quod alium lædit: si in aliqua re inuiti aliquem offendimus debemus alia opera & officio id quod uiolatum est compensare: & eum quem offendimus aliquo beneficio reconciliare.

cōmendantē iudicibus: magistratibus: uigilātē pro re alterius: eos ipsos qui aut cōsulūt: aut defendunt rogātē: quod qui faciūt plurimū gratiæ cōsequunt latissimeq; eorum manat industria. Iā illud nō sunt admonēdi: est eni in promptu: ut aiaduertāt: cū alios iuuare uelit: ne quos offendāt. Sæpe eni aut eos lædūt quos non debēt: aut eos: quos non expedit: si iprudentes negligētiæ est: si scientes temeritati. Vtendū etiā est excusatiōe aduersus eos: quos inuitus offendas quacunq; possis. Quare id quod feceris necesse fuerit: nec aliter facere potueris. Certisq; operis & officiis erit qd' uiolatū ē cōpēsandū.

¶ In offō p̄stādo uir bonus locupleti p̄ferēdus est.

Ed cū in hoibus iuuādis: aut mores spectari: aut fortuna soleat: dictu quidē est procliue. Itaq; uulgo loquuntur sese in beneficiis collocādis mores hoium non fortunā sequi. Honesta ratio ē. Sed quis ē tādē: qui inopis & optimi uiri causæ nō anteponat in opera dāda gratiā fortunati & potentis? A quo eni expeditior & celerior remuneratio fore uidetur in eo fere est uoluntas nostra p̄pensior. Sed aiaduertēdū est diligētius: quæ natura rerū sit. Nimirū enim inops ille: si bonus ē uir: ēt si referre gratiā nō pōt hēre certe pōt. Cōmode aūt quicūq; dixit pecuniam qui habeat nō reddidisse: & qui reddiderit nō habere. Gratiā autem & qui reddiderit hēre: & qui habeat rettulisse. At qui se locupletes honoratos beatos putāt: hi ne obligari quidem beneficio uolunt: qui etiā beneficium se dedisse arbitrātur cū ipsi quāuis aliquid magnum acceperint: æque etiam a se aut postulari: aut expectari aliqd suspicātur. Patrocinio uero se usos aut clientes appellari mortis instar putāt. At uero ille tenuis: cum quid factum sit: sese spectatum: non

Ed cū in hoībus iuuādis. Dixit. Hactenus iuuādos eē hoies: aut pecunia: aut opa monet nūc potius iuuādos esse bonos uiros & inopes: q̄ fortunatos & potentes. qm̄ sequi debemus uirtutē nō fortunā & diuitias. ¶ Dictu est procliue: oēs hoc facile dicūt: sed nō ita facile fit. ¶ Dictu: dū dicit. ¶ Vulgo: ubiq;. ¶ Nō fortunā: diuitias: & potētias aliorū: cū uolūt beneficia in aliquē collocare. ¶ Honesta: plena honoris & laudis. ¶ Gratiā: beniuolētiā illius qui ē diues & potēs. ¶ Fere: quasi uolūtas oium ad id est inclinatior. Sed aiaduertēdū est diligētius: qm̄ nr̄a uolūtas propēsior est ad adiuuandos potētes: monet Cice. cōsiderādū eē: quæ sit natua rerū & p̄prietas: & ostēdit potius eē iuuandū bonū uirū & inopē qui semper habebit gratiā si referre nō poterit. & diuites obligari beneficio nolunt. Inde docet maiorē nos cōsequi gratiā: si inopē probū uirū potius q̄ si diuitē iuuerimus. ¶ Nimirū: certe declarat harū rerū naturam. Agere gratias est uerbo: Habere gratiā est animo: cuz memores beneficii sumus: referre autē est facto & re ipsa: ergo si bonus nō potest gratiā referre. i. par beneficium reddere gratiā habere potest. i. eē memor beneficii accepti. ¶ Cōmode: apte: affert quandā sniam: quæ circūferebat in certo auctore. ideo ait: quicūq; dixit. In oratione pro Planco respondens Cassio accusatori ait. Quanq̄ dissimilis est pecuniæ debitio & gratiæ. Nā qui pecuniā dissoluit: statum nō habet id qd' reddidit: qui autem debet æs retinet alienū: gratiam autem: & qui refert habet: & qui habet in eo ipso quod habet refert. Neq; ego nūc Planco definā debere si hoc soluero: nec minus ei redderē uoluntate ipsa: si hoc molestiæ nō accidisset. Et in oratiōe qua senatui de reditu suo gratias agit: dicit. Atqui in officio persoluēdo dissimilis ratio pecuniæ debitæ est: propterea q; pecuniā qui retinet non dissoluit: qui reddidit non habet: gratiam & qui rettulit habet: & qui habet dissoluit: & hoc etiā scribit Gellius. ¶ Qui reddiderit: reddere gratiā siue referre: est idem quod reddere beneficium: hēre autē est gratificandi uoluntatem inuicem habere. Referre inquit Seneca: est ultro quod debeas afferre: non dicimus gratiā reddit: reddūt enim & qui reposcūtur & qui iuiti: & alibi plus debet beneficii q̄ pecuniæ creditori. qm̄ de bn̄ficio plus soluēdū est: & nihilominus relata gratia ēt cohæremus: debeo eni cū reddidi rursus incipere. ¶ At qui se locuplete: ponit nūc oppositū de locupletibus: qui uolūt beneficio obligari: ¶ Beatos: fœlices & nullius rei indigētes. ¶ Æque: tātūdē. ¶ Postulari: ab eo qui cōfert beneficiū. ¶ Patrocinio uero: ecce aliud quo ostēdit ipsos nolle obligari beneficio. ¶ Patrocinio: defensione alicuius in causa sua. i. si fuerūt clientes & usi sunt alicui⁹ patrocinio: putāt id esse morti simile: potius inquit uellent mori q̄ uideri clientes: qui a colendo dicūtur. qm̄ colūt patronū. ¶ Tenuis: paup & bonus uir. ¶ Sese spectādū: habitā eē rōnem sui & uirtutis: non fortunæ & q; ille qui beneficiū cōtulit spectauit uirtutē ipsius paupis: non bona fortunæ. ¶ Nō fortunā: diuitias ut postea retributionē accipiat: & æque beneficiū a fortunato reddatur. Seneca sic ait. Nō est beneficiū quod fortunā spectat. Seneca

¶ Illi qui est meritus:qui in se beneficia cōtulit:sed ēt alii locupletib⁹:ut etiā ab illis accipere aliqd possit. ¶ Eget enī multis:hoc dictū est per parēthesim:& est rō quare inops cū multis idigeat:studet ēt aliis uideri gratus. ¶ Si quo forte fungit̄.i.si ipse inops aliqd facit pro eo qui de se benemeritus est:dicit parū id esse & se maiora illi debere:ut parē gratiā referre possit & sic semp munus suum extenuat. ¶ Videndūq; illud:affert aliud ostendit potius habēdā esse rōnē inopis q̄ diuitis ut maiorē gratiā cōsequamur:& ideo dixit diligēti⁹ aiaduertendū:quæ sit natura rerū. ¶ Humiles:pauperes:quorū est magna multitudo. ¶ Præsidiū:auxiliū suæ paupertatis:si defendimus diuitē:ipse solus nobis debet & forte filii:sed si inopem & bonū uirū:oēs paupes expectātes & ipsi aliquod subsidiū:ergo melius est in pauperē q̄ in diuitē beneficiū collocare. ¶ Melius:utilius & honesti⁹. ¶ In contētionē disceptationē:cuius potius rō habēda sit. Themistocles auctores Plutar. ex his qui filiā uxorem petebat:frugi ac modestū anteposuit locupleti dicēs se uirum pecuniis indigentē magis q̄ sine uiro pecunias quærere. Cicero aliter hoc narrat. ¶ Sed corrupti mores:deplorat Cicero statū suorū tēporū in qbus mores corrupti erāt:& uersi in luxū pp diuitias. Vnde exclamauit Iuuena. Nunc patimur longe pacis mala sæuior armis. Luxuria incubuit uictūq; ulciscitur orbē. Et uincant diuitiæ. Syllius ēt dicit. Diuitiis pbrosus honor. Asia deuicta inquit Plynius. Primū luxuriam misit in Italiā. L. Scipio trāstulit in triūpho argenti cælati pondo milia quadringēta:& uasoȝ aureorū pōdo.cc.milia eadem. Asia domita multo etiam graui⁹ afflixit mores:inutiliorq; uictoria illa hæreditas Attalo rege mortuo fuit erudita ciuitate amare etiā nō solū admirari opulentiam externam. Immenso & achaicæ uictoriæ momēto ad impellēdos mores hinc aliqui ueterū:ut Caius Marius post uictoriam cymbricam cantaris potasse liberi patris exēplo traditur:ille arator arpinas & manipularis imperator. ¶ Quid ptinet:quasi dicat nihil:qm̄ philosophi sumus:& bona fortunæ admirari non debemus. ¶ Sed mores:& si diuitiæ adiuuāt hoīes:tñ per se nō efficiūt:ut sint honestiores. ¶ Ne id quidem semper:qm̄ multi propter diuitias interficiuntur:aliqui patiuntur incōmoda. Vnde scribit Plutar. in uita Syllæ Nōnullos pecuniarum gratia obtrūcatos fuisse pscriptosq;. Qu. Aurelius inquit nullis se negociis implicās foȝ ingressus noīa proscriptorū legebat:iter quos cū se iuenisset. Vhe mihi misero dixit. Albana me uilla psequit̄:& statim iugulatus est. diuitiæ inquit Possidonius sunt causa malorū:nō quia ipæ faciūt aliquid:sed facturos irritāt. Philosophus in.i. Ethices sic ait. Compluribus hoībus ex ipsis bonis accidūt detrimenta:iam enim quidam ob diuitias perierūt. Plato in.xii. de legibus sic ait. Aurū atq; argētum:& priuatū:& in templis inuidiosa possessio est. ¶ Sed fac iuuare:esto q̄ iuuet. Honestior uero quō.s.erit:quasi dicat non erit. ¶ Honestior:dignior laude uirtutis pp diuitias:qm̄ nō laudamus hoīem ob diuitias:sed ob uirtutes:quæ sunt bona animi:& amitti nō pñt:diuitiæ igitur q̄uis faciāt hoīes potētiores:tñ honestiores nō faciūt. ¶ Quod si etiā:quia dixit iuuādū esse potius inopē monet nūc iuuādū eē etiā diuitem:si est uir bonus:sed hoc nō debet fieri propter diuitias:sed propter bonitatē:ideo dicit. ¶ Modo.i.solūmodo:ne adiuuent ipsæ diuitiæ:q̄ causa sint ut ille iuuetur. ¶ Quo minus:ut nō iuuetur iudiciū illius:qui iuuat aliquādo iuuādū esse opera. ¶ Sed qualis:q̄ bonus sit qualitas est illa per quam quales eē dicimur boni.s.aut mali. ¶ Extremum:ultimum in beneficiis collocādis.& opera præstanda. ¶ Contēdas:coneris efficere contra iustitiam:a qua omnis commendatio proficiscitur:& qua remota nihil honeste:& cum laude fieri pt. & iustitiā causa est:ut homo perpetuam commendationem assequatur & famam.

Margin: Themistocles — Iuuena. — Plynius — Plutar. — Aureli⁹ — Possidonius — Plius — Plato

fortunā putat:nō mō illi qui ē meritus:sed ēt illis a quibus expectat (eget enim multis inops) gratū se uideri studet. Neq; enī uerbis auget suū munus si quo forte fungit̄ sed extenuat. Vidēdumq; illud idē quod si opulentū fortunatūq; defenderis:in illo uno:aut forte in liberis eius manet gratia. Sin āt inopē:pbum tñ & modestum:oēs nō iprobi humiles:quæ magna in populo multitudo est p̄sidiū sibi paratum uidēt. Quāobrem melius apud bonos q̄ apud fortunatos beneficiū collocari puto:dāda oīno opera est:ut oī generi satisfacere possimus. Sed si res in cōtētionē uenerit:nimirū Themistocles ē auctor adhibēdus qui cū cōsuleret utrū bono uiro pauperi:aut minus pbato diuiti filiam collocaret:ego inquit malo uirū:qui pecunia egeat:q̄ pecunia quæ uiro. Sed corrupti mores deprauatiq; sunt admiratiōe diuitiarū:quarū magnitudo quid ad unūquēq; nostrū ptinet:illū fortasse adiuuat qui hēt ne id qdē semp. Sed fac iuuare:potētior sane sit:honestior uero quō? Quod si ēt bon⁹ erit uir:ne īpediant diuitiæ:quo minus iuuet̄:mō ne adiuuēt:sitq; oē iudiciū nunq̄ locuplex:sed qualis q̄sq; sit. Extremū aūt p̄ceptū in beneficiis operaq; dāda est:ne qd cōtra æquitatē cōtēdas ne quid pro iniuria. Fundamentum enim perpetuæ cōmendationis & famæ est iustitia:sine qua nihil potest esse laudabile.

Beneficia quæ ad uniuersos pertinent.

Sed qm̄ de eo genere beneficiorum dictum est:quæ ad singulos spectāt. deinceps de his

Sed qm̄ de eo genere. Postq̄ disseruit de beneficiis:quæ in singulos conferuntur a singulis.ad illū transit:quæ ad uniuersos & rempu.pertinent. Ad rempu.cū scilicet ex publico aliqd cōiter:aut uiritim distribuitur.ut cū ex publico frumētum datur.aut agri reipu.uectigales diuiduntur. Eorum autem

quæ ad uniuersos:quæq; ad rẽp.ptinet:disputandũ est. Eorũ aũt ipsorũ partim eiusmodi sunt:ut ad uniuersos ciues pertineãt:partim singulos:ut attingãt quæ sunt etiã gratiora. Danda est opera oĩno si possit utrisq;:nec minus:ut etiam singulis consulatur. Sed ita fit ut ea res aut prosit:aut certe ne obsit reipu. C. Helii &: P. Gracchi frumentaria magna largitio fuit. exhauriebat igitur ærarium modica. M. Octauii & reip. tolerabilis: & plebi necessaria: ergo & ciuib⁹: & reip. salutaris. In primis aũt uidẽdũ erit ei:qui rẽpu. administrabit:ut suũ quisq; teneat: neq; de bonis priuatorũ publice diminutio fiat. pniciose eñ philippus in tribunatu cũ legẽ agrariam ferret:quã tñ antiquari facile passus est:in eo uehemẽter se moderatũ pbuit:sed cũ in agẽdo multa populariter:tũ illud maledixit nõ esse in ciuitate duo milia hoĩum:qui rem haberẽt. Capitalis oratio est ad æquationẽ bonorũ ptinẽs:qua peste quæ põt eẽ maior?hãc enĩ ob cãm maxime ut sua tuerentur respu. ciuitatesq; constitutæ sũt. Nã & si duce natura cõgregabũtur hoĩes:tñ spe custodiæ rerũ suarũ urbium psidia quærebãt:dãda ẽt opa est: ne quod apud maiores nostros sæpe fiebat propter ærarii tenuitatẽ assiduitatẽq; bellorum tributũ sit conferendum.

ipsorum:subdiuidit hanc partẽ:& dicit istorum beneficiorum aliqua pertinere ad uniuersos:cũ.s. resp. aliquid facit:qđ oĩbus cõe est:ut pontes:fora:strata uiarũ:&c. id genus:aliqua ad singulos:ut cũ annona:ut pecunia populo diuidiť:siue aliquid aliud datur:quod ad unũ quemq; pertinet. Ista inquã sunt gratiora illis:quæ pertinẽt ad uniuersos:qm̃ ex his maiorẽ singuli capiũt uoluptatẽ:quippe consulitur eorũ necessitati:danť a principe uniuersis mille nũmi:singulis dãtur duo. qui sunt gratiores:qm̃ singuli habẽt. Ideo dicit Cicero:quæ sunt ẽt gratiora. ⁋ Ad uniuersos:cum beneficia in uniuersos cõferũtur. ⁋ Singulos:cũ uiritim aliquid distribuiť. ⁋ Danda est opera oĩno:pcipit Cicero si fieri põt uniuersis & singulis cõsulẽdũ:ut.s. oĩum singulorũq; ratio habeatur:& hoc ad eos qui rẽp. gerũt pertinet. ⁋ Cõsulať:prouideatur. ⁋ Sed ita:docet quõ hoc sit agẽdũ:ut.s. ratio reip. hẽatur & caueamus ne profusa largitio ex publico noceat reipu. & ærario. ⁋ Vt ea res:ipsum cõsulere & puidere.i. ipsa largitio frumentaria: aut pecuniaria:& ponit exẽplũ. C. Helii:&. P. Gracchi:quorũ nimia largitio ærariũ exhauriebat: nõ enim habebant rõnem reipublicæ:sed plæbis. Ecõtra ponit. Exẽplum. M. Octauii:cuius largitio tolerabilis fuit:habebat eñ reipu. rõnem & singulorũ. Vnde salutem attulit ciuib⁹ qui acceperũt:& reip. quæ oĩbus consulere debet:cuius salus in salute ciuium consistit. qm̃ sunt reip. mẽbra. quibus perditis: ut ipsa etiã perdať necesse est:quod accidit exhausto ærario & ciuibus fame inopiaq; laborãtibus. Vñ decet principẽ esse opulentum: ut huic malo aliisq; occurrere possit:nec debet pecuniis parcere pro salute suorũ. qm̃ ut dictũ est:magistratus est ad aliũ:non ad se. Rex has uirtutes habere debet:prudentiam fortitudinẽ: iustitiã: seueritatem:grauitatem:magnanimitatẽ: largitatẽ:beneficentiam:liberalitatem: hec certe sunt regiæ laudes. ⁋ Frumẽtaria:ex frumento publico plebi diuidendo. ⁋ Modica: adhibita moderatione:& idcirco ciuibus fame laborantibus:& republica quæ ciuium salute continetur:salutaris fuit. ⁋ In primis aũt:dat aliud pceptum rempu. gerentibus: ut.s. quisq; suum possideat:& ne fiat alicui iniuria in bonis suis quæ iure possidet. ⁋ Publicæ:pro impensis publicis. idest nõ debet is qui rempu. administrat diminuere res ciuis priuati:& eas absũmere in impensis:quæ ex publico fieri debẽt; debet uerbi gratia princeps dare subditis suis mille tritici modios hãc uim annonæ nõ debet priuato ciui & opulento eripere:ut aliis tribuat. quoniam hoc est cõtra iustitiã. ⁋ Perniciose enim:notat. L. Philippum:qui populo studuit cõtra optimates in suo tribunatu: legem agrariam ferre uoluit:& definiebat quod agri iugera cuiq; possidere liceret. quigẽta.s. hoc autem eo spectabat: ut bona locupletum cum pauperibus cõmunicarentur:& sic non potuisset quisq; habere quod suũ erat. Vnde Philippus bona ciuium priuatorum ad æqualitatem redigere cupiẽs:ut magis populum excitaret:& optimatibus inuidiam faceret:dixit nõ esse duo milia hominum Romæ qui rem haberent. i. qui aliquid haberent ut ostenderet diuitias esse apud paucos principes ciuitatis: cæteram uero multitudinem uel maxime egere. ⁋ Legem agrariam:quæ modum agris possidens imponebat. ⁋ Antiquari:abrogari & cessare: nam antiquare legem est delere:& ut inquit Pompeius:in morem pristinũ reducere:derogatur legi cum pars detrahitur. Abrogatur uero cũ protsus tollitur. ⁋ In eo:q passus est legem antiquari. ⁋ In agendo:in ipsa actione:qua legem suadebat:idest cum haberet orationẽ pro lege agraria. ⁋ Populariter:in populi fauorem. ⁋ Capitalis: perniciosa & detestabilis. ⁋ Ad æquationẽ bonorũ:ut omnes tãtũ haberent in bonis: quoniam nolebat aliquem posse supra quingenta iugera possidere:ut ea quæ superessent ex tanta agrorum copia plæbi diuiderentur:ut tandem non esset fere aliquod discrimen inter principes & plebæios:quo nihil potest esse perniciosius: cum non liceat unicuiq; quod suum est possidere & desides bona aliorum inuadere. ⁋ Hanc enim ob causam: ratio quare nõ posset esse maior pestis:& illa oratio capitalis erat. ⁋ Maxime: potissimum: quoniam non solum ut bona custodirentur:congregati sunt:licet hæc fuerint maxima causa:homo enim est animal congregabile natura. Respublicas:communes utilitates & congregationes ciuium urbesque. ⁋ Duce natura:quoniam homo appetit societatem naturaliter. ⁋ Spe custodiæ:sperantes res suas hoc modo posse tuto custodiri:unde munita sunt oppida & latæ leges. ⁋ Danda etiam opera est:aliud præceptum de tributis exigendis. ⁋ Ærarii tenuitatem: quoniam

Antiq̃ri legem Pompeius

Tributum

urgentibus bellis opus erat tributa exigere:cũ in ærario publico nõ essent pecuniæ.¶ Tributũ:a contributiore dicitur:uel ex eo ut inquit iuriscõsultus: ꝙ a multis tribuaſ.¶ Idq́:cõferre tributum:quod nostris temporibus quottidie fit:nullo bello:nulla necessitate nulla religione urgente:sed auaritia & luxuria:nemo patriã ꝑꝑ se diligit:nõ bonis cõsuliſ:nõ posteritati & gloriæ prospiciſ:sed abdomini & gulæ.¶ Prouidẽdũ:diligẽter præcauẽdũ ne sit opus exigere a ciuibus tributũ.¶ Huius muneris:tributi cõferendi.¶ Ominari:significare hoc aliquando futurũ necessitate:omen est in ore:cũ.s.aliqd dicimus:qđ bonũ aut malũ significat. Ominari est aliqd futurũ uoce significare:qđ tñ nõ ideo diciſ:quia certe futurũ scitur:sed uidetur esse quoddã præsagium. Vnde Hãnibal ut est apud Syllium:uidẽs Imilcen uxorẽ lachrymantẽ de suo in Italiam aduẽtu.qm̃ pericula timebat.& uiro dixit. Oĩbus parce & lachrymis fidissima cõiunx. i. noli mihi aliquam infœlicitatẽ ominari. In primo de diuinatione ait. Neq́ solũ deorũ uoces pythagorei obseruauerũt:sed ẽt ominũ: quæ uocãt oia:quæ maiores nostri quia ualere cesſabãt:iccirco omnibus rebus agẽdis quod bonum ꝙ faustum fœlix fortunatũq́ esset: præfabãtur:rebusq́ diuinis quæ publice fierẽt:ut fauerẽt linguis imperabatur. Inq́ feriis imperãdis ut litibus & iurgiis abstinerẽt. Quid sit fauere linguis interꝑtatur Seneca his uerbis Quotiẽs mentio sacraruꝫ litterarũ interuenerit fauete linguis hoc uerbũ nõ ut plærīq́ existimãt a fauore trahitur:sed imperatur silentium:ut rite pagi possit sacruꝫ nulla mala uoce obstrepẽte.¶ Ostenta dicuntur:quia ostẽdũt. Portẽta quia portẽdũt. i. significãt. Monstra quia mõstrant:prodigia:qa ꝑdicunt & rem futurã significãt.¶ Si salui:si nolũt peruenire in hostium ꝑtãtem:necesse est ut bella gerantur pro tuenda libertate.¶ Atq́ etiã: aliud præceptũ quod interpretatione non indiget:debet prospicere is:qui rẽp: gerit:ut sit copia earum rerum:sine quibus uiui nõ potest:ut sunt annona:uinũ:animalia:pecuniæ: & cætera: quæ hominum usui & defensioni necessaria sunt ut sine penuria & iniuria in pace uiuatur.

Idq́ ne eueniat multo ante erit ꝓuidẽdũ. Sine qua necessitas hui⁹ muneris alicui reip. obuenerit. malo eni alteri q̃ nr̃æ ominari:neq́ eni tãtũ de nostra: sed de oi rep. disputo:dãda erit opa:ut oẽs itelligãt (si salui eẽ uelint) necessitati esse parẽdũ. Atq́ etiã oẽs q rẽp. gubernabũt:cõsulere debebũt:ut earũ rerũ copia sit quæ sunt necessariæ. Quarũ q̃lis apparatio fieri soleat: & debeat:non est necesse disputare. Est eni in prõptu:tãtũ locus attingẽdus fuit.

Auaritia uacaſ debẽt q̃ mũerib⁹ publicis fũgũt

Aput aũt est in oi ꝓcuratiõe negocii: & muneris publici:ut auaritiæ pellaſ ẽt minima suspicio. Vtinã inqt. C. Põtius. Sãnis ad illa tpa fortuna me seruasset: & tũc eẽm natus: qñ romani dona accipere cœpissent:nõ essem passus diutius imperare. Ne illi quidem multa sæcula expectãda fuerũt:mõ eni hoc malũ in hanc rẽp. inuasit: itaq́ facile patior tũc potius Põtiũ fuisse:si quidem in illo tãtũ fuit roboris:nondũ. c. & . x. anni sunt:cũ de pecuniis repetũdis a Lucio Pisone lata est lex: nulla antea cum fuisset. At uero postea tot leges. & proxime quæq́ duriores: tot rei: tot damnati

Aput aũt est: Dat præceptũ illis:qui in publicis negociis uersanſ:ut auaritiæ uel minimã suspicionẽ fugiãt: & manus habeant abstinẽtes:ne bona publica deripiãt:aliosq́ spolient. Caput i primis seruãdũ in oi negocio publico.¶ Muneris:officii qđ ad rẽp. pertinet:ut sunt magr̃atus extra urbẽ: & in urbe: & oi alia re quæ publica est. C. Põtius dux Sãnitũ fuit:qui magnũ auri põdus Manio curio. qui tũc cõsul cõtra ipsos pugnabat: miserũt:qđ ille renuit dicẽs. Nõ aurũ habere præclarũ sibi uideri:sed eis: qui haberẽt aurũ iperare. Et iõ Põtius Sãnius optabat se tũc fuisse natũ cũ Romani cœpissent dona capere. quoniam illa ciuitas uinci nõ põt:cuius ciues nõ corrũpuntur muneribus: Ideo Philippus oia castella expugnari posse dicebat:in quæ asellus honustus auro posset ascẽdere:¶ Ne illi quidẽ:nõ erat inquit diu expectandũ Põtio Sanniti:quoniã paulo post ciues Romani pecunia corrupti sunt.¶ Hoc malum:auaritia: & corruptio pecuniaria. ¶ Tũc:illis tẽporib⁹ potius q̃ istis.¶ Tantũ roboris potẽtiæ: & ai:ut speraret se romanos de imperio deturpare posse:si munera cœpissent accipe.¶ Pecuniis repetũdis. L. Piso frugi trib. ple. primus legẽ tulit de pecuniis repetũdis cẽsorio: & Manilio cõsulibus repetũdarũ cã ita se habebat auctore Asconio Pediano:ut si cõuictus reus fuisset atq́ dãnatus:pecuniã reddebat æstimata lite:hoc est in preciũ redactis oium furtis. quã summã pecuniæ ꝓscriptis eius bonis factores curabãt. Sector diciſ æstimator:redẽptorq́ bonorũ dãnati atq́ ꝓscripti:qui spem

Sector

sectatur lucri:siue idẽ secutus spem æstimatiõis suæ bona oia auctione uẽdit sed semel ifert pecuniã: uel ærario uel sociis. Illi igiſ qui in ꝓuinciis furta cõmiserãt: & pecuniã cõtra æquitatẽ extorserãt:finito magistratu accusabanſ repetũdarũ a prouincialibus:quos spoliauerat. Vñ aphri Mariũ priscũ repetũdarũ accusarũt: & Cato Syllã ex Asia redeũtem repetũdarũ postulauitꝙ ex amicorũ sociorũq́ regno magnã cõtra legẽ pecuniæ uim congregasset.¶ Postea:post legẽ Pisonis.¶ Tot leges:quæ erãt ad coercẽdã auaritiã & furta quæ fiebant & rapinas ¶ Duriores: & sæueriores prioribus inualescere auaritia & rapinis.¶ Proxime succedẽtes alii quæ ꝓcesserant:nõ ita duræ:qm̃ in dies auaritia sæuiebat & peculatus. Accilius Glabrio legẽ tulit de pecuniis repetundis seuerissimam.¶ Dãnati:cõuicti in iudicio: & dãnati ad restitutionẽ pecuniarum. Reus is est:qui accusatus uenit in iudi

Reus
Dannatus

cium: dãnatus aũt:qui in iudicio cõuictus est. Vnde possumus aliquẽ reum facere sed nõ dãnare:ut Cæsar:qui Cornelium Dolobellam reum fecit repetundarum:sed non damnauit; quoniam ille in iudicio fuit absolutus:

